

begleitet. Es ist eine sehr schwierige
und fiktive Arbeit und es wird kein Element
ausgenommen.

Die Arbeit ist sehr langsam und mühsam.
Sie ist fast ganz auf die Technik des Buches
angewandt, das heißt, auf die Technik der
Druckerei.

Die Arbeit ist sehr langsam und mühsam.
Sie ist fast ganz auf die Technik des Buches
angewandt, das heißt, auf die Technik der
Druckerei.

Die Arbeit ist sehr langsam und mühsam.
Sie ist fast ganz auf die Technik des Buches
angewandt, das heißt, auf die Technik der
Druckerei.



1724.

1. Ingelbrecht, Dr. Witt: *Programma lectionis curiosae
ad 1. a. s. C. de contract. ent. vendit. Georg Lass. Lehmann
praemissum.*

2^o et Ingelbrecht, Dr. Witt: *De eo, quod memorabile ac per-
fum est circa agnos balgo novi Lambus - Recat.
3 temp. 1724, 1727 & 1745*

3. Ingelbrecht, Dr. Witt: *De creaturae antichristico ad
proclus perciplendo non obligato.*

4. Gobel, Dr. Wilhelm: *De canticis veteriorum .*

5. Leyserus, Augstinus: *De bonis educationis filiorum -
familiis .*

6. Leyserus, Augstinus: *De morte viri iure iurandi
habente .*

7. Leyserus, Augstinus: *De jure cambiali .*

- 8^o; b Leyser, Polycarpus: *De limitibus qui iure consulto
& theologis ponuntur .*

1724.

J. Spies, Ioh. Carolus: De sympatheticis theoris ac
therapia.

10. Spies, Iohannes Carolus: De doloribus ventriculi -

JOANNES VON RICHTER
PROFESSOR ET ACADEMICUS
ARCHIATRUS ET BOTANISTUS
SITUS DE CONTRAHENSIS
MORIBUS AC CLASISIM CANDIDATI
HONORUM VITAE ET DEPARTAMENTI
IN ACADEMIA IVELA
Hab. Bell.
PAULI DIETRICH SCHWABE
Acad. Theat.



SPECIMEN SOLLENNE
ID QVE
POLYHISTORICO-NOMICO-CVRIOSVM
DE EO QVOD MEMORABILE
AC IVSTVM EST CIRCA
AGNOS

36.6.
3
1724/2^a

VVLGO
Ron Lämmer = Recht

QVOD
COELESTIS AGNI SVFFVLTVS CLEMENTIA ET AVXILIO
IVXTA QVO QVE
EX PERMISSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM IN ACADEMIA IVLIA ORDINIS
PRAESIDE
IO. WILH. ENGELBRECHT D.
ANTECESSORE PRIMARIO CODIC. PROFESSORE PVBL. ORD.
INQVE COLLEGIO IVRID. SENIORE ET h. t. DECANO
PROMOTORE SVO NVNQVAM NON SUMME COLEND
ET QVIDEM

PRO LICENTIA IN VTROQVE IVRE
EIQVE ANNEXIS HONORIBVS INSIGNIBVS PRIVILEGIIS
ET IMMVNITATIBVS MORE MAIORVM CAPESSENDIS
IN HAC PER-ILLVSTRI

REGIA ELECTORALI ET DVCALI ACADEMIA
AD DIEM XVII OCTOBR, MDCCXXIV.

IN IVLEO MAIORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
OFFERT

AVCTOR ET RESPONDENS
IOHANNES IACOBVS Lämmermann/ norimb.

HELMSTADII,
LITERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII, ACAD. TYP.

18.

**DEO
P A T R I A E**

ET

PROXIMO.

**ACUSTMUS ET CIRCA
AGNIOS**

1000

1000

1000

1000

1000

1000

1000

PRÆ LOQVIVM

AD
B. L.

Interiecto, ino et quod amplius excurrit, in alma Palæocomes Academia triennio reliquum studiorum S. Themidis lustrale, ceu communiter exigunt, pacium uti gratissimum ita saluberrimum hic loci ex voto offendens absolvensque abitum inde seu redditum ad Nostrates vix ac ne vix est, ut honorificum crediderim, nisi et suprema Iuris tentamina, jussis eorum, quibus præter Numen ter opt. ter max. cuncta debo, obsequiose assurgendo, anteas subirem ac decerplos quasi in Academia Iulia flores noctamque cum lana pinguedinem in grati animi testificationem et o utinam prospere cedat! cum primis in qualemque PATRIÆ incrementum vel ornamentum referrem. Diu equidem per dubius in eo eram, quinam carpendi, quenam, inter innumeratas fere nec non propemodum ad naufragia decantatas, sit scopo meo digna feligenda materies, donec, quibus audio, Pronomina ac Cognomen Gentilium, quid mihi agendum quidve omittendum, denique suapte monuerant atque ita scrupulum me angentem simul et semel excusserant! Superatis igitur ambobus Examini bus a Viris Magnificis apud celeberrimos Guelphos strenuis Iurium statoribus et fidelissimis Interpretibus mecum institutis placuit praesens opellæ Thema eo magis nimirum arripiendum, quo minus, ut opinor, idem a quopiam ex instituto unquam ventilatum, sed post plures alios vel ab ipsis summis iurioprudentiæ statoribus, qui intra cancellos duntaxat Fori sui substitere, multo neglectum scio; Idcirco, quamvis Agniculus ego, pro temporis fugitiu ratione, librorum quoque penuria et curta supellecitile, viribus annitar, partim ut rei Agninae maximam Ovillæ speciem constituenti, quod adhuc deesse videbatur, tantum non ex vario scientiarum penu restituam, partim et præcipue, ut sanctimonie legis et moris Academiarum specimen tertium ac publicum edere iubentis, in quantum ingenii tenuitas favet, faciam fas, quem adeo et si forte non singularem indeclinabilem tamen ac imperatum ausum, Methodi gratia in duas partes et sua capita distinctum, benevolè interpreteris abs Te, quisquis eruditus fueris, observanter rogo contendendoque!

A 2

PAR.

CAP. I.

SISTIT GENERALIA QVÆDAM MATERIÆ ET TRACTATIONIS DISPOSITIONEM.

§. I.

NVllum ferme, præter Ovem, sub sole animal reperiri, quod, brutum nempe et pro mediocritate sua, maiorem hominibus et necessitatibus humanis utilitatem suppeditet, testis omnino exceptione maior rerumque magistra est experientia.

§. II.

Non enim latrando, vigilando ac morsu dentium, veluti canes, non carne, quemadmodum porci et fues, non carne et simul pelle sola, sicuti vituli, non lacte ceu capræ usum praefat, sed singula eiusmodi et longe plura animantia eodem antevertit, lana mortaliū nuditatem vestit, pelle illis non minus quam literatorum et artificum partibus, quos libros et officia vocamus, saepe indit, lacte, butyro, caseo nutrit, carne sua nostram non pauculum alit, intestinis chordas Musicæ affeclis penitus necessarias, inque delicium generis humani, imo collaudationem Sanctissimi rerum Auctoris, sive domi sive in æde institueris, inventas præbet, felle tinctoribus aliisque prodest, virtutibus sive potius affectionibus ac attributis imitationem porrigit, frugalitatem arvorum, agrorum et pratorum vilissimo alias, sit venia dictis ! sterquilinio

(cuius

(cuius proventus sive agrorum stercoratio ideo vocatur der Hortenschlag/ it. der guldene Fuß/ vid. G. Chr. Leiseri Ius Georg. L. II. Cap. XIV. n. 13.) promovet, rusticos, cives, mercatores, nobiles et ceteros quosvis, villas igitur, vicos, pagos, urbes, ditiones et regna dicit, erigit, conservat atque commodis demulcit, brevibus id indigitante Owen : Cambro-Britann. L. 2. Epigr. 193.

Seu Caro, seu Corium, Fætus, Fimus, Alea, Chorda,
Lanane, Lacve deest, omnia præstat Ovis.
Sapientissimus Proverb. XXVII. ita: Agni sunt ad vestimentum tuum et Hædi ad agri pretium. Sufficiat tibi, sufficienter habebis lac caprarum in cibos tuos et in necessaria domus tuae, et ad victimum ancillis tuis.

§. III.

Hinc pleno fluit alveo, cur prisci terrarum incolæ, etiam Patriarchæ et solio Regio dicati, tantum operæ, inter alendum pecus, in custodiam, culturam, pastum, et curam ovium, consequenter (nisi me omnia fallunt!) qui ante fuerunt et sunt, *Agnorum* impenderint, cur, multiplicato licet genere hominum, et ob luxum cum paupertate increcentem vilipenso hoc munere, eidem nihilominus per alios, in sui, suorum et œconomicæ rei incredibile incrementum indulserint et iamnum adhuc indulgeant, cur in divinis prorsus Pandæctis, cur in profanis paginis, scientiis, in ipso iure nostro et ubique fere cum primis *Agnorum* laudata fiat mentio?

§. IV.

Hinc quoque in confessu erit, tractationem de iis,

A 3

five

sive de eo, quod memorabile et justum est circa AGNOS,
vulgo von Lämmern und Lämmer-Recht/ non solum
late patere, sed undique pariter desiderium nostrum
foecundissime explere, quandoquidem oculos in Phy-
sicam, Moralem, Symbolicam, Historicam qua Bi-
blico-Theologicam et Ecclesiasticam, qua Profanam
et Iuridicam disciplinas tantisper coniiciamus.

CAP. II.

POST DESCRIPTIONEM VERBALEM
ET REALEM EX FORO PHYSICO SEV
REGNO ANIMALI NECESSARIA
TRVTINAT.

§. I.

Agnus, Agna, Agnulus, Agnellus, Germ. ein
Lamm/ Lamb oder Lämmlein/ Noricis ple-
rumque ein Beß/ Græcis ἄγνος, ἄγνιον, item
ἀρνός, ovis foetus est vel masculus vel foemella, vel
adhuc lactens vel ablactatus, qualem illum *Varro de
Re Rust. L. II. cap. 1.* Subrumum, einen Säugling/ oder
*Mutter-Lamm/ hunc cap. 2. a matre depulsum, et Virg.
Eclog. VII. 15. a lacte depulsum, abgesetzt/ entweicht/*
nominare voluit.

§. II.

Nomen trahit ἀπὸ τῆς ἀγνός, quod *Castum* signifi-
cat, eo, quod sit hostia pura et immolatiō apta, *Fe-
stus in voc. agnus.* Et in hoc significatu non semel
occurrit in actis Martyrum St. Didymi et Theodoreae.
Suspicio itaque pallia ex duorum candidissimorum
agno-

agnorum lana confecta, quae plerumque a summo Pontifice non nisi Metropolitanis dantur, ut infra monetur, puritatis et castitatis, quae in Archiepiscopis potissimum requirunt indicia. *Ceremoniale Romanum lib. I. f. 10.* *Gonzalez de Tellez ad cap. I. X. de auctoritate et usu pallii p. I. n. 10. p. 387.* *Espen in iur. eccles. part. I. tit. 19. c. 6.* aut, si mavis cum *Isidoro*, ab *Agnosco Latinorum*, seu *Agnoscendo*, quoniam matrem suam ovinam, etsi in ipsa pecorum multitudine, solo balatu agnoscere et dignoscere dicitur.

§. III.

Sæpe in laxiori significatu *Agnus* et Arietem et Vervecem comprehendit, qui vero iam adultior mas idem vel castratus seu vervex *ein Hamel/ ein Schöps/* vel naturaliter sibi relictus cornibusque (quibus alibi secundum *Franz. male Ovi* non parienti nomenclaturam vernacula *Schöps* attribuentem in *Historia Animal. Sacra Cap. XXII. n. 3.* etiam Oves refertæ asseruntur) in occipite incurvatis ut plurimum armatus, *ein Widder/ ein Schaffs-Bock/* nostræ considerationis admodum non est.

§. IV.

Aientes illud animal, nempe Arietem, comminatorium, bellicosum ac malitiosum, hoc e contrario simplicissimum et stolidissimum, unde metaphoricæ natæ sunt locutiones et Proverbia, v. g. apud *Erasmus*: *quanto Ariete charitatis pulsatus ejus animus? mit was heftiger oder gewaltiger Liebe ist sein Ge- muth bewogen worden?* Videtur tamen hoc proverbiū magis spectare ad instrumentum bellicum quo- cum

cum Romani muros conquatabant, cui ob similitudinem aliquana arietis nomen inditum. *Discours sur la castrametation et discipline militaire de Romains par Guillaume du Choul p. 43.* Arietem emittere, enim die Freundschaft aussagen / it. den Krieg ankündigen; Arietis nutrificationis mercedem persolvere, böses für gutes belohnen; Arietis ministerium, des Teufels-Dant/ der Welt Lohn; Arietare, Arietatio, das stossen wie die Widder mit dem Kopff / anprütschen; Arietare ad portam, Virgil. Arietare in terram zu Beden stossen; Curt. Statua Vervecea, ein Töpel/ein Narr/ ut videre est ex Plaut. Capt. Act. V. Sc. I. v. 31. et si libri meliores Verbeream Statuam contineant. Sic apud Apulei. Lib. VIII. Miles. p. 212. At prece, inquit, Vervecem, non asinum vides, ad usum omnem quietum; Ita Seneca de Constant. Sapientis cap. 17. Chryippus, ait, designatum, quod illum aliquis vervecem marinum dixerat. Addo quoque Taubmann. ad Plaut. Persa Act. II. Sc. II.

§. V.

Sæpe quoque in superiori complexu præter Arietem & Vervecem Agnus non minus Ovis vel Ovis Agnus audit. Idus enim omnes cum Iovi sacræ essent, ipsi ideo Ovis maestabatur, quæ ab hoc idulis dicebatur. Quorsum Ovidius
Idibus alba Iovi grandior AGNA cadit.
 Et Festus: Idulis ovis dicebatur, quæ omnibus Idibus Iovi maestabatur; Macrobi. etiam Libr. I. Saturnal. cap. 15. sunt, qui existiment, Idus ab ove Iduli dictas, quam hoc nomine vocant Thusci: & omnibus Idibus Ovis immolatur a flamine. Idibus autem Januarii Vervecem

cem Iovi maiestatum et immolatum esse *Ovid.* pariter tradit, quando canit:

Idibus in magni castus Iovis æde sacerdos

Semimaris flammis viscera libat Ovis.

Vid. Rosm. Antiqq. Rom. cum not. Dempsteri edit. Traject. Lib. IV. cap. 5. p. m. 251. circa fin. Imo infra amplius id indicatum ibimus.

§. VI.

Misso itaque ariete, misso vervece, missa ove ad unicam tenellamque ovilli pecoris speciem duntaxat subsistimus, adeoque *Agnus* nobis curæ sit, id quod animal, matris suæ *Agniparæ* instar, domesticum quidem est et vulgatum, ac quantum ad naturam ejus attinet, primo haud callidum et astutum, sicut vulpes, leones, pardii, sed omnino simplex et facile errans, *se-
cundo* non fortitudine arietis præditum, non equi aut leonis generositate, non impudentia canum, sed inge-
nio et moribus mansuetum, ab insidiis remotissimum placidissimum et e ceteris quadrupedibus mitissi-
mum, prorsus, si verum est quod innuitur, felle ca-
rens, innocentissimum ac patientissimum, non boans,
non ululans, quin neque os aperiens, sive tondeatur, si-
ve mactetur, cum alia contra animantia non tantum
vehementer renitantur, verum etiam quandoque in-
tolerabilem, exemplum in suibus habes, edant clau-
morem; *tertio* a natura adhuc est et factum plerum-
que inerme, non valet unguibus, non dentibus noci-
vis, non calcibus, sed incruidele et misericors; *quarto*
sint oves non raro, sicut homo et equus pluribus obno-
xiæ morbis, sintque in primis scabiosæ, sint erroneæ,
hoc tamen malo non semper afficitur *Agnus*, nechunc,

B

qui

qui insuper difficulter a matre aberrat, offendit, quod vulgo enarratur, unam ovem scabiosam totum inficere gregem, juxta illud Poëtae:

Morbida facta pecus totum corrumpit Ovile.
 quinto itineribus et laboribus ineptum est; sexto timidissimum, adeo, ut tempore fulminis maxime terreatur et adhuc foetus uterinus vel imperfectus, si sola relinquitur mater, in abortum degeneret; septimo eandem, felicior in hoc hominibus, *Agnus* statim a partu agnoscit et circa ipsam solam crescit et lascivit: Sæpe etiam cum vehementi teneatur cibi et potus desiderio, præterire tamen solet aliena ubera, quantumvis humore lactis exsudantia. Et sicut omnino protinus in ipsa nativitate lac maternum, et quemadmodum modo attigimus, ipsam simul matrem cognoscit, vocemque huius, licet multa millia ovium simul convergentur aut compascant, mirifice discernat, ita vice versa mater inter omnes *Agnos* licet unius ætatis et coloris, imo, ut perhibetur, unius odoris et vocis nihilominus suam prolem exacte distinguit et cognoscit; *oſſavo* et cum non amplius tenellus aut lactens est, sed seſe ablactans vel ablactatus ad nullum nisi pastorem se assuefacit, eius unius vocem novit, dicta et ductum sequitur, peregrinos deserit ac fugit; *Nono* valde delicatulum animans est, non quodvis devorans, sed potius famem & sitim tolerans, cum non suppetunt bona et viridia paſcua, salubres herbæ, limpidae et frigidæ aquæ, in quas tamen non ingreditur. *Decimo* ideo munditiei studiosum est, a luto, coeno, spurcitie, suum comite et delectamento, abhorrens, ac ad eandem nitiditatem a matre quoque educatum; *Vndecimo* amat societatem mater-

maternam et reliquum ovillum genus, ægerrime solitudinem fert et semper, pastorem suum in eo superans, cum in gaudio tum in calamitate unam eandemque vocem emitit; et *duodecimo* hominibus se et bestiis prædam exhibet, tener adhuc lanam, pellem et carnem porrigit, adultus omnes omnino utilitates, quæ communiter de ove ac ovibus immensum in modum prædicari solent, edit et ferme in ipso nihil est, quod mortalibus nobis non conducat, laudemque haud commereatur; ceu prolixius dudum *Zoologi et Animalium Scriptores*, hosque inter imprimis laud: *Franzius d.l.* &c cap. quod de ovibus exaravit et cuius egregia vestigia maximam partem legimus, sat abunde demonstrarunt.

§. VII.

Commendatur ideo vel sola *Agnina pellis* una cum lana in vestium usum Medicorum filiis, ut quales vestes *pīvīas* seu *dēvarīdās* Græci dixerunt, cum non solum plus caloris quam ovillæ conferant, sed et dorso renibusque plurimum profint. Concelebratur *Ora vestis* cum huiusmodi pelle assuta, inde *Agnia* appellata; Prisci namque, teste *Enstachio in Iliad. etc.* talis ovillam pellem adsuebant, ut quam minime inferiora vestium attererentur. Vid. omnino *I. I. Hofmann: in contin. Lex. Vnivers. voc. Agnina*, ubi et loca *Psal. CXXXIII. 2. ac Salom. Prov. XXVII. 26.* uberioris ad rem explanat, Quin imo singulare est nec silentii involucro impliçandum, quod etiam *Agnorum* ex ventre materno excisorum *pelles* peculiarem usum præstent; Ita enim, iuxta observationes *Engelb. Kaempferi, Archiatri Lippiaci atque àvrōlys in Amoenitat. quas vocat, Exot-Po-*

litico - Physico - Med. Fusc. III. Obs. I. in Provinciis qui-
 busdam circa mare Caspium oves esse refertur, quæ
 praeter molem suam, caudam et carnem, quibus vul-
 gare genus superent, non modo pelle prorsus eximia,
 pilorum teneritate et cirrato decore speciatim se com-
 mendante tegantur atque harum utriusque gentibus,
 Scythis Persisque, usus trivialis fit, quoniam ex Lege
 Mahammedana, ab aliarum pellium indumentis, tan-
 quam ab exuviis impurarum, vel impuritatis suspicio-
 ne non carentium, bestiarum abstinent, adde quod
 magnatum et divitium fastus, supra vulgi fortē amici-
 ciri cupiens, pullorum pelliculas experat, qui annosis
 multo teneriores sint et eo quidem rariores, quo iuni-
 ores Agnelli, quibus detractæ fuerint, cum horum pi-
 li a pellionibus in subtiliores ac densiores cirros, toti
 pelliculae pretium et venustatem tribuentes, cogi pati-
 antur, verum etiam inde fiat, ut teneritatis et lucri in-
 fidiatiatores non vereantur ipsam anticipare, crudeli la-
 niena, nativitatem, et matribus uterum adhuc geren-
 tibus, dissesto ventre, partum ante partum eximere,
 solius gratia pelliculae obtainenda, quæ rite elaborata
 tam dubiam prorsus et delicatissimam teneritatem ex-
 hibere dicitur, ut, resectis extremitatibus, vix Agni-
 nae Cuiris retineat similitudinem, sed ignaram credu-
 litatem specie quadam membranæ cucurbitinæ lanu-
 ginosæ decipiat, serviatque in pretio habita pro dupli-
 catione mirrarum, nec raro, ornatus ergo, togarum
 & amiculorum limbum constituat, tandem Kalema,
 quæ exenteratis, Nimraas contra, quæ in lucem editis
 detracta sit, Pelliculam istam vocent, vocabulis in
 pellionum officinis saltem usitatis, ignotis in foro pu-
 blico.

13

blico. Vnde cum d. Hofmanno nec diffiteri possimus, lanam quidem in matribus, cuius potior in vestibus usus erat, adstipulante Theocrito *Idyll. 12.* villosorem, sed in *Agnis* tamen tenuiorum et tactu molliorem, atque eo ipso antiquitus iam plus in pretio fuisse, veluti *Martial. Lib. 5. Epigr. 38.* indicat:

Puella senibus dulcior mihi cygnis,

AGNA Galesi molior Phalanini.

aut, quia at Galesum amnen Tarentum condiderat Phalantus, potius *Phalantini*.

CAP. III.

EX REGNO QVOD AIVNT VEGETABILI NONNVLLA PRÆCIPVE DE ZOOPHYTO AGNO SCYTHICO SEV FRVCTV ET PLANTA BOROMETZ VT ET DE AGNO CASTO SIVE VITICE ADSTRVIT.

§. I.

ET cum videamus naturam, ex sanctissimo eiusdem Auctoris beneplacito, properantem novas edere formas, et ubique miranda edere rerum specimina, ita ut vel in aquis, fluminibus et maribus, præter innumera alia memoratu digna, pisces nempe, cancros, ostrea, margarithas, aurum et succinum, terrestrium iterum animalium sit imitatrix novaque genetrix, sic conspicimus quidem in mari sive tranquillo sive fluctuante canes, vitulos, equos, vaccas, verbeces, imo homines qua maris qua foemellæ figuræ ex parte superiori repræsentantes, nunquam tamen me audivisse vel in Hodœporicis ulla legisse memini, dare simul *Agnos marinos*.

B 3

§. II.

Defectui huic, dummodo eo nomine appellandus, obviam quasi iens alia ratione ubertatem substituisse et novum in eo, quod in Regno, ceu a Physicis inscribitur, vegetabili, arboribus, herbis, oleribus, plantis et id genus specibus sacro *Agnum* pariter constituerit, ut ita loquar, incolam, accelerasse supplementum vulgo creditur.

§. III.

Referunt enim non minimae fidei viri, seduli alias rerum naturalium scriptores ac perscrutatores, interque hos magnus *Scaliger*, post eum *Ioh. Bauhinus*. deinde *Dn. Baro de Herberstein in Histor. Moscovit.* et denique *Olear. in simili Itinerar. L. 3. cap. 2. p. 155.* Plantam instar cucurbitæ vel melonis his apud Zevolhenses et prope urbem Samaram inter oras Volgæ et Tanaïs, illis in Tartaria, alias circa mare Caspium longo petiolo crescentem et non tantum *Agni* figuram, sed quoque multo plura sistentem, veluti quod ad pedum fere trium altitudinem accedens depascat ex umbilico suo petiolo innixa, pedibus vero in aëre suspensis nec terram attingentibus grama circum circa, devoretur (qui eidem velut vivis *Agnis*, teste *du Val*, *Reg. Gall. Geograph. in Geograph. Univers. Part. II. Artic. Astracan*, valde insidiarentur,) a lupis, succo sanguinem æquiparet ac corio tenuissimo obtegatur, cuius detraetio ad capitum tegmina hominibus usum præbeat, ideo *Agnus Scythicus* seu fructus *Borometz* nominata.

§. IV.

Et quemadmodum vox *Baran* Slavonicae originis

(15)

ginis esse, et Polonis Russisque ovem significare, imo
hujus diminutivum Polonice *Borannek*, Moscovitice
Borametz, corrupte *Borometz*, sive *Borametz* sonare
nec ab ea Persicum *Barrēb*, præstatæ significationis vo-
cabulum et cum Scythis finitimus commune multum
ab ludere perhibetur, ita de veritate rei, fructus et plan-
tæ existentia forte dubitare tantum absuit, ut potius
egregius in Plantarum Regno Princeps, laudatus iam
Baubinus Scaligero primæ relationis et memoriationis
gloriam prorsus inviderit, cum recitatis, qui eiusdem
ante ipsum mentionem iniicerant. *Sane*, inquit, me-
rebatur tanti miraculi recitatio, auctoris honore maſtari;
Sed adeo nimirum NB. omnia voluit scire, aut sciſſe pu-
tari, vir ille sine emulo maximus, ut vel in eo ſe ipſo fre-
tus, noluerit alieni nominis ſubſilio gradum ſibi facere
ad gloriam ſuam, prout teſtis eſt laud. cap. præc. Kämp-
perus d.l.

§. V.

Attamen quæ cum ita vel ſeſe habeant vel enar-
rentur, nihilominus e recentioribus ſunt, qui de ea-
dem planta dubitant, et qui penitus existentiam vege-
tabilem negant! Hoc modo Illuſtr. *Ludolphus in Gram-
mat. Moscovit.* quam *Oxonii* curavit imprimi, p. 93. rem
pro fabula tractat, eo quod ſimilem nunquam oculis
ſuis viderit; Inſimul excellentiſſ. apud Noſtrates, *Au-
gusta Noricorum*, Medicus et in toto Literatorum or-
be famigeratiſſimus Artis Botanicae indagator, ac pro-
pagator, *Job. Georg. Volcameruſ*, negat, a quodam Rus-
ſorum Archiatro Germaniæ iſtud meditullium per-
meante, certior quippe, cum hunc interrogafſet, fa-
ctus; et idem cum laude præfatus *Kämpferus*, qui
Amæ-

*Amenitatis suas multa attentione, in peregrinationibus per universum Orientem, præsertim res Persicas et ulterioris Asiæ collegisse prætendit, supra ex eo dicta de *Agno Scythico* ibidem non aliter vera admittit, nisi de huius Patriæ, Vsbeciæ scilicet seu minoris Tartariae, verissimo animali, puta *Agno* et *Agnino* fœtu, neutiquam de vegetabili specie intelligas, ipsi, non obliter inquirenti, huius rei magistra rerum experientia fidem faciente, usque adeo, ut, sicuti ex *Dactyliferæ* arboris historia Phœnicem formaverit prisca credulitas, ita curiositatem ævi recentioris, pari nomenclatura deceptam, contraria transformatione ex animali vegetabilem fœtum, plantamve, qua de agimus, in exoticarum rerum historias intulisse opinetur, nec minus circa fin. Observ. omnino Epiphonematis instar in verba hæc prorumpat: *Quia de existentia Zoophyti, gramina pascentis, nullibi Tartarie apud vulgum vel Botanicæ peritos extat notitia et memoria, prout ipse ad risum et nauigiam exploravi, neque illa res BOROMETZ dicta, preterquam Ovinum pecus, ibidem potest reperiri, meram esse, quicquid de hac Planta proditur, fictionem et fabulam afferimus etc. e contrario, que hodie pro Zoophyti specie interrariora musorum ex errore sapientissimorum ingeniorum et vulgi opinione ostentari solet, verissimam Cæsarei fœtus (cuius amplam descriptionem in anteced. dederat) Pelliculam!**

§. VI.

Quicquid sit, alia illius vicem subintrat vegetabilis seu fruticum species, quæ *Agnus Castus* vel *Vitex* audit, Germ. Schafsmölle/ Abrahams-Baum/ Græc. Αγνος,

) 17 ()

Ἄγνος, apibus gratissimus, a Gaza redditus, apud Aristotelem L. 2. Animal. (Hinc ἀγνοφόρων, apud Modestium L. 34. §. 1. ff. de Leg. 2 ferens Agnos. Sic enim legendum dudum admonuit ad d. §. in Pand. Roviliamus, & Libr. 3, cap. 4. Iurispr. Med. non ἀγνοφόρος, ut in vulg. Cod. nec ἀγνοφόρος, ut in Pand. Florent.) cuius, inquam, sermon ac frondes, si Philipp. Picinello in Mondo Symbol. ab Augustin. Erath. in Latinum verso fides habenda, & quidem Lib. IX. Cap. II. sive in potu aut cibo sumptæ, sive iacenti suppositæ, hominem reddere castum ac puritatis studiosum, adhac maxime serpentum fugandorum virtute pollere eosque vel sola umbra sua in fugam agere innuitur, hoc addito, quod utramque proprietatem seq. Poëmate complectatur *Castor Durante*:

Morsibus ictos
adivat & castos homines, (facit,) pellitque venena.
Sed manum de tabula & falcem ex peregrina nobis
messe!

CAP. IV.

FORVM MORALE SYMBOLICVM ET HERALDICVM TANGIT.

§. I.

Certiora, quamvis iterum non omnia, de *Agnis* assequentes, cernimus eos sculptos, æri lapidiisque incisos, depictos et quovis alio modo efformatos, partim ut virtus ipsis naturaliter insita indiceatur, partim ut mortalibus saepe asperis taciti monitores existant, partim etiam ut memoriae rerum decorique Familiarum prosint.

C

§. II.

Sic legimus apud *Picinellum* in memorato opere
Lib. V. cap. I. quod de *Agno* agit, eidem secundum supra adducta varia solennius attribui, eundemque variis opponi et apponi; Significari inde Virtutem veram, restringi Ambitiosum ac Lascivum, doceri Benignitatem inter honores servatam, Iustum timidum, sequelam Magistri, Filiorum parentibus similitudinem, Innocentiam oppressam, Iustum oppressum et patientem, Gratitudinem nec non infinita alia *ibidem* & d.
Lib. IX. Cap. II. de *Agno* quoque *Casto* seu fruticum specie reperiunda, urytote quo B. L. brevitatis studio remittimus. Satis ampliat recentita *Numism. Modern.* huius sec. circa Ann. 1705. p. m. 547. & seq. obvium; Icon enim, Mitra Sacerdotali redimita, habituque ecclesiastico amicta, hunc titulum gerit: PETRVS CORDÆVS ARCHIEPISC. SÉBASTENVS. In aversa vero primum Leo Belgicus gladio et septem sagittis armatus adebat, penes quem *Agnus* cruci incumbit, pedumque sinistro antero librum clausum, cui REIP. nomen inscriptum est, tangit. E longinquo cernitur Templum S. Petri Vaticanum et vicinum Palatium Pontificis. Ex hoc fulmina plurima *Agnum* petunt, quæ tamen fulminibus potentioribus celo delapsis disiciuntur ac repelluntur. Quo ipso (id monente istius vere *Thesauri* Colle&ore M. Ioach. Negelein, Reverendiss. ac Scien: iff. apud Nostrates Antistite Mariano,) Inventor Archiepiscopi Patientiam & Innocentiam, Aulae papalis iram & indignationem, adversus quam ille a providentia Dei et Belgico Leone potenter defensus, significare

ficare voluit. Inscriptum superne: IN SONTEM FRV-
STR A FERIRE PARAT. Subjecto simul anni nu-
mero: MDCCV.

§. III.

Sic, Heraldica arte edocti, itidem observamus
Agnos non forsitan plebeiorum annulis signatoris, scu-
tis, machinis, chartis, aliisve rebus, id quod nimurum
quotidie et seculi usu pro cuiusvis interdum captu
desiderioque fieri solet, sed in primis signis gentilitiis
adventitiisque Procerum mundi, Magnatum & illu-
strium personarum firmiter insertos. *Spener in Opere
Heraldico p. I. sect. 3. §. 64. l. art. Heraldique par Mons.
Baron. p. 174.*

§. IV.

Atque ea de causa celebria sunt insignia Electo-
ratus Trevirensis, quorum in tertia & quarta grandioris
scuti parte areaque rubra *Agnus* argenteus capite,
eui circulus aureus inest, retrorsum spectans et pede
dextro argenteum rubra cruce distinctum vexillum
continens, & ceterum colli viridi insistens conspicuus
est, isque in memoriam antiquae Abbatiae Prümensis,
Seculo XVI. Archiepiscopatui & consequenter Electo-
ratui illi iunctæ, a quo inde tempore hac dignitate
condecorati successores eam administrare dicuntur,
sicut testis est de hac arte non minus atque aliis meri-
tissimus D. et Prof. Lipsiens. Joh. Wolffg. Trier: in der
Einleitung zur Wappen-Kunst Tract. spec. n. II. p. m. 329.
Add. excell. Gabr. Schweder. in Introd. J. P. Part. spec.
cap. VI. §. 10. in primis autem Spenerus in Opere He-
raldico part. spec. l. I. c. XCI. §. XI. et Browerus in
Annal. Trevirensibus T. II. p. 219. Itidem juxta eund.

C 2

Trie-

Trierium d.l. n. 18. p. 378. Insignia S. R. I. Episcopi Brixiensis (quem quidem Augustissima Domus Austriae protegit, & Imperio exemptum contendit, quo de negotio varie in Comitis actum, vid. Schweder. d. l. §. 9, ibique Recess. Imp. de A. 1548. §. Nachdem auch in der sc. et Linn. T. I. Addit. L. 5. c. 2. n. 4. vers. quod sub Domus Austr. Protectione.) prædicantur similem Agnum in simili campo, simili vexillo præ se ferentia, Spener in Operे Heraldico p. 2. lib. 3. c. 6. p. 586. præterquam quod nulli colli insistat, & vexillum sinistro pede complectatur capitis vertice deaurato radiante, quibus nonnunquam scuto perpendiculariter diviso in altera parte Reverendiss. Capituli Insignia adiungi solent; Porro quoque, eod. Trierio ducce, d. n. 18. p. 389. Abbas & Prælatus S. R. I. Princeps Stablonensis hoc nomine signa gerit, quorum maxime præcipua scuti pars in aurea area et colli viridi virentem arboremet iuxta, imo ante ipsam, argenteum Agnum, qui dextro pede anteriori, veluti cum superioribus quoad vexilla actum, lituum sacrum euimque rubri coloris retinet, quamvis Bechmann. Exerc. II. de Insignib. §. 68. atque ex hoc I. A. Rudolphi in Herald. Curios. Part. I. p. m. 32. et Haping de Iure insign. c. 6. p. 1. p. 234. diversa plane insignia, scil. lupum omustum iis substernat, quem a primo monasterium de Stablo ædificante in vicem asini, operi construendo vacantis sed a lupo devorati materiam fabricæ necessariam adferendam condemnatum atque ideo insignibus illatum uterque ait.

§. V.

Addimus et nos ex memorato egregio Thes. Niegel.

gel. p. 548. & seqq. Numisma Anno 1705. in honorem
 Viri Illustriss. & laude omni superioris Polyhistoris de
 Repl. Literaria simul ac Imperiali merentissimi atque
 ideo a GLORIOSISS. IMP. L E O P O L D O M A G N O
 iam Anno 1700. in Liberorum Baronum Imperii et E-
 questrem ordinem cooptati, posteaque aliis dignitati-
 bus, queis adhuc in sacro Confilio Imperial. et Aul.
 eminet, maestati, *Dn. Nic. Christopb. de Lyncker.* adinven-
 tum, cuius in averfa Minerva five Pallas sedens, galea,
 clypeo & hasta facile dignoscenda, vulgo antiquis pro
 Virtutis Dea, Herculis Auxiliatrice, Vlyssis Socia, Vi-
 ctoriae Comite, Scientiarum & Artium quoque milita-
 rum Inventrice, imprimis vero fila trahendi, nendi, acu-
 pingendi et texendi callentissima habita, præcipue o-
 stenditur, quæ nova *Lynckeriana Insignia* acu pingit,
 ubi occurrit scutum coronatum, cordis fere figuram
 referens et trabem nigram transversim locatam exhib-
 ens, supra quam *Agnus* argenteus five candidus in a-
 rea cærulea ascendit, sub trabe concha adaperta unio-
 nem pretiosum continente, in aurea area conspicienda.
 Reliqua præter parmulam modo descriptam in aulæo
 ad dextrum Minervæ latus exposito occurrunt, ubi,
 præteritis in præsens aliis ornamentis, coronæ aureæ
 dextræ cornua duo bubula, candido et rubro colore alter-
 natim tincta, atque ex Orificiis vexilla duo, aurei &
 nigri coloris, promentia, imposta sunt, inter quæ ite-
 rum *Agnus* ante expositus, quoad dimidiâm sui partem,
 spectandus & erectus adest, cum inscripto interiori: IN
 VIRTUTE OCULI ET MANVS ac marginali exte-
 riori: VIRTUTIS GLORIA MERCES. Hanc similiter
 excipiunt perquam generofæ Gentis *Læffelholtziorum*

in Augustissimum Imperatorem æque ac Per-Illustrem
Rempl. Patriam Noriberg. cum sagotum toga floren-
tissimæ, item Senatoriæ et Consularis Signa inter cetera
& quidem in parte scuti prima ac quarta, areaque ru-
bra Agnum argenteum priorem suum eumque sinistrum
pedem extollentem commonstrantia, quem quidem fi-
gurata locutione per Synecdochen quandain, *Ovem*
seqq. Poëmata indicant, unum:

Est animal patiens Ovis, & sine bile, figuram

Non designatus cuius habere Deus.

alterum :

Omnia fert Ovis, et fert lanam: disce vel inde

Et prodeesse bonis, et tolerare malos.

Quorum hoc Mich. Piccarto, Lycei Altorff. quondam Pro-
fessori præclarissimo, illud Generosissimo p. m. Dn. Ca-
rolo NÜZELIO a Sündersbuhel, Equiti Aurato et Consi-
liario Cæfareo, Patriæ olim Patri exoptatissimo nunc
longe desideratissimo, ambobus intaminato semper ho-
nore fulsuris viris acceptum fert rarus Polyhistor *Io.*
Christoph. Wagenseil. in *Comm. de S. R. I. Libera Civit. No-*
rib. c. XXIII. p. m. 183. junt. p. 186. n. 13. genuinum autem,
domesticum & familiarem significatum *Edit. Francof.*
de An. 1707. ita vernaculo exprimere studuit p. 221.

N.

Wer lebet wie ein Lamm/ gedultig ohne Gallen/

An dessen Freimigkeit hat Gott und Welt Gefallen!

P.

Den Gute thut man Guts/ wen man die Bösen leidet/

Wie ein Lamm alles trägt und uns in Wolle kleidet.

§. VI.

Insuper *Libri Chronicu MSTi cum Autore Anonymo*
der Histor. Nachricht von dem Ursprung und Wachs-
thum

thum des H. R. R. freyer Stadt Nürnberg eorundem
 vestigia, et si in erroreis, secutus ad An. 1447. evincunt,
 inclytum Senatum hoc anno duabus iterum Familis
 auctum fuisse, nimirum der Reichel & der Lämlein sive
 Lemmel/ è quorum quidem Bamberga oriundorum nu-
 mero solus (nisi quoque Fridericus Lämlein circa An.
 1580. ibid. Senator confamiliaris extiterit) Ioannes Läm-
 lein ad A. 1473. usque sacrum confessum rei militaris &
 cohortis equestris Præfectus frequentaverit, nullum-
 que dubium oritur, quin insignia eius *Agno vel Agnello*
 superbiverint, imo dum hæc scribimus, certiores reddi-
 mur, eundem iisdem revera fuisse illatum nec à *Læffel-*
boltziano multo abludentem, præterquam quod terugi
 monti vel tribus collibus gradiens sit impositus tam in
 scuto, quam superne. Idem Reverendiss. Antist. Nori-
 bergenſ. d. l. nummum argenteum funebrem e Nov. Lit.
 Germ. de Anno 1704. m. Jun. p. 235. seq. refert. p. 358. &
 seq. eodem anno in memoriam Viri Magnifici, qui
 post mercaturam haud infeliciter exercitam Hambur-
 gi Quindecim - Virali prius, inde 1677. Senatoriæ, tan-
 dem 1684. cum Prætor esset, Consulari dignitati admotus,
 bis etiam Civitatis celeberrimæ gratia, annis
 quippe 1679. et 1688. ad CHRISTIANVM V. Daniæ Re-
 gem, glorioſiſſ recordationis, ablegatus et quinto Ca-
 lendar. April. d. A. 1704. hora matutina tertia mor-
 tuus, tertioque Non. April. Templo Nicolaitano illatus,
 excusum, cuius in adversa parte defuncti Consulis in-
 signia cernimus, quæ superius galeæ patenti impos-
 tum, infra vero etiam in scuto conspicuum, *Agnum Dei*
 monstrant. Perigraphé sic se habet: IOCHIM. (Ioachim-
 us) LEMMERMAN. SEN. CONS. HAMB. NA. A. 1622.
 d. 18.

d. 18. 7br. DEN. 1704. 28. M. (art.) IN E MOLVMEN-
TVM PATRIÆ ÄTATEM CONVMSIT: In aver-
sa navis eximiæ magnitudinis, in portu inter duo ca-
stella, anchoræ innixa, cum inscripto: IN PORTV
TANDEM SECVRA. Qualia a nominibus derivata
in signia Italæ dicuntur *Armi parlanti*, Gallis *Armes
parlantes*, Latinis *loquentia* sive *equivoca* insignia, no-
stris redende oder *Nahmen-Wapen*; ubique fere terra-
rum valde frequentia, afferente id laud. Trier. d. l.
p. 23. et seqq.

§. VII.

Agnellus quoque Italæ vel sola vocis suavitate in-
usu est, ut eandem nominibus suis præponere ament,
quemadmodum de *Familia Anastasiorum* legimus, ex
qua oriundus *Ludovicus AGNELLVS Anastasius*, *Iur.
D. et Canon. Ecclesie Cathedral. Neapoli* non ita pridem
fratris sui, *Philippi Anastasii, Archi-Episcop. Surrentini,
Assistentis Papali Throno et S. P. Domestici*, opus in IX. Li-
bros divisum, cui titulus: *Suprema Summi Pontificis in
Ecclesia potestas propugnata adversus Instrumentum Ap-
pellationis quatuor Gallie Episcoporum à Constituzione Vni-
genitus ad futurum Generale Concilium etc. rursum im-
primendum curavit*, cuius rei fidem nobis *Nova Litter.
Lips. (die Leipz. Gelehrte Zeitungen)* huius vergen-
tis Anni Num. 60. p. m. 6ro. prorsus faciunt.

§. VIII.

Vt iam taceam celebratissimum primo utique lo-
co memorandum *Aureum Vellus*, id quod *Agninum*
nonnulli supputant plerique a Iasone Regni Thessaliæ
hærede, postquam Phryxus incolmis in Colchos ad
Äetem

Æetem Regem perveniens ideo pecoris Iovi, vel ut aliis placet, Marti immolati vellus aureum in templo suspendit, idem ope Medæ Colchorum Regis filiæ, ipsi amicissimæ et adiutricis auferente, *Natalis Comes Mythologie L. 6. c. 8.* longo autem temporis intervallo ab illustriss. Principe PHILIPPO BONO, Duce Burgundiæ magnanimo, qui sub annum recuperatæ salutis 1430. in nuptiis tertiae coniugis, ISA BELLÆ LVSITANICÆ, instituta Augusta Societate, cuius symbolum in memoriam contracti matrimonii huius perpetuam *Aureum Vellus* esset, redintegrante et nomen deinde a Gideone potius mutuante, derivant. *Iul. Chifti-
tius in Breviario historico ordinis aurei velleris c. 3. p. 8.* Supra Colchos enim habitasse aiunt Thoanes homines auri ditissimos, quod in torrentibus ad eos delatum; id ipsos excepisse *pellibus ovillis*, *Appollon. in Argon.* Oves aurei coloris alicubi ferre lanam, *Rheginus* autorem citat *Hesigonom*, et cum Atreus in Peloponneso regnaret, vovisse hunc aliquando quicquid pulcherrimum in pecore suo nasceretur, immolaturum se Diana. Nata est *Agna aurea*, quam ille neglecto voto in arcum incluserat. Deinde cum de ea gloriaretur publice, fratre eius Thyesten invidisse volunt, et simulato in Aëropen Atrei uxorem amore, *Agnam auream* ab ea accepisse et postea contradixisse Atreo, ut qui immitterit de *Agna aurea* gloriaretur: oportere autem, inquietab coram populo, qui *Agnam auream* possideret, regnum etiam obtainere, iuxta *Varinum*. Idem in *χρυσούλλοις ἀρνίοις*, *Agnum Aurei Velleris Atrei argyrida*, id est phialam argenteam, in cuius fundo *Agni* effigies inaurata cernebatur, fuisse; at somniis eiusmodi omnes fere ad unum reclamant classici et historici

D

Scri-

Scriptores Aureum Vellus Arietinum sicut Gedeonitum Ind. cap. VI. defendantes. Conf. Adami Senior Ro-
Jacinus de Carlsperga in delineat. velleris aurei simul et
sacri Gedeonis, edit. Prag. Libr. I. aphor. 12. 13. 26. et seqq.
Add. quoque Thesaur. Numism. Negel. circa Ann. 1701.
p. 104. Ann. 1702. p. 219. et Ann. 1706. p. 642. seq. Pontus
Heuterus rerum Burgundicarum L. 4. ad an. 1430. p. 251.
Becmann. notit. dignitat. illust. diff. 16.

CAP. V.

EX HISTORIA SACRA SEV BIBLICA
V. ET N. TESTAMENTI, ILLVSTRIA EAQUE
NON MINVS SYMBOLICA
TRVTINAT.

§. I.

Ovis autem vel Agnus (qui s̄epe s̄epius sub prioris appellatione intelligitur, vid. M. Iob. Manichii, Diaconi quondam ad Spir. S. Noriberg. Emblem. Evangel. Dec. II. p. 14. ubi Agnus libro insistens manumque ex nube in palma cruce notatam respiciens ad Dom. Misericord. Evangel. Iob. X. ii. hac circumscriptione ex Es. XLIX. 16. illustratur: MALO SIC LIBEROR OMNI, et subscriptione, qua ovis indigitatur: Ecce OVIS insit libro: quam protegit eius, §. II.
Inde cruce delevit qui mala nostra, manus. etc. ut et quæ dix. supra §. 5. cap. IV.) licet animal domesticum sit, quotidianum ac vulgatum, mirifice tamen, eius Creatori ter Optimo ter Maximo in pretio fuit, non solum ut Ovium et Agnorūm victimæ ipsi arriserint, sed etiam ut Spiritus τεσταμονίοι subinde in divinis Pandectis mysterium redemptionis humanæ et ecclesiæ per Christum, utpote Archetypum unicum, in iis collocaverit.

§. II.

Ecquem fugit ex *Genes. I.* 2. 3. 4. et 5. Abelem, pri-
mum pastorem ovium, cum frater huius natu maior,
Cainus, primus agricola, post multos dies offerret de
fructibus terræ munera domino, obtulisse quoque de
Primogenitis gregis sui et de adipibus eorum, et re-
spexisse Dominum ad Abelem, et ad munera eius, ad
Cainum autem et munera illius haud respexisse.

§. III.

Solebant quidem postea seu tractu temporis par-
tim ex lege divina, partim ex pia hominum æmula-
tione vituli, capræ, boves, vaccæ, hirci, hœdi ex
terrestribus, et turtures atque columbæ ex volucri-
bus afferri, sed præ omnibus maxime usitata, imo quo-
tidiana erant sacrificia ex Ovibus et *Agnis*; Singu-
lis enim diebus iuxta assertum *Franzii supra d. l. circa*
princip. per annos plus 1582. id est, quamdiu Politia
Mosaica duravit, offerebantur ex *Statione Agnorum*,
qui iuxta Templum Salomonæum asservabantur, sive
ut infra §. 9. cit. *Lund. lib. II. cap. XXII. num. 22.* appella-
tit, quis der Lämmer-Cammer/ duo *Agni*, unus ma-
ne alter vespere cum simila et vino, id quod, eodem
Franzio aiente, imago piarum precum erat, quibus
cum inchoandus dies et vespere claudendæ sunt actio-
nes nostræ piis quoque meditationibus de Christo;
ceu iuge hoc *Agnorum* sacrificium videre est *Exod.*
XXIX. 38. et seqq.

§. IV.

Atque *Agnus* sacrificio aptus fuit iam ab octavo
die. Ita namque statutum ibidem *XII. 30.* in lege

D 2

tali:

tali : *Septem diebus sit cum matre sua et die octavo redes illum mibi* ; Adde quoque eiusd. cap. vers. 27. Igitur , cum in lege toties *Agnum anniculum Deus fibi postulavit offerri*, non significasse *Agnum præcise ðæderānum*, sed *Agnum ab octavo die usque ad annum completum*, monet *Sam. Bochart. in Hierozoici part. prior. L. II. cap. 43.* ac ideo, ut non aberrarent hic Iudei, pecorum natalia Ephemeridibus suis inscripsisse, credibile pariter iudicat *c. l. cap. 50.* Nec mirum, cur Deus eiusmodi hostias anno secundo non acceperit, siquidem ratio in promptu est, quam præter rerum magistram etiam *Aristot. Lib. V. cap. 14.* suppeditat, quod tum demum puræ et intactæ esse desinant, cum libido tum accendi in iis soleat.

§. V.

Et uti singulis diebus, quemadmodum modo diximus, regulariter duo *Agni* offerebantur, non minus alia sacrificia *Agnos* et oves requirebant, ut in Consecratione Sacerdotum, in Purificatione puerarum (*Levit. XII. 6. seqq.*) in Sabbathis, in Növiliuniis, in Paschate, in Pentecoste, in aliis multis festivitatibus et confessionibus seu purgationibus propter peccata, de quibus passim in *Exodo*, in *Levitico*, et alias, quæ omnia fuerunt, ut vocantur in *Epist. ad Hebr. VIII. umbræ, conf. Franz. d. l.* et quidem ante existentiam lucis radiantis, Verbique incarnati, seu adventus Christi, qui morte sua, cuius victimam æternæ Virtutis pro nobis offerendam id sacrificii Israëlitis significaverat, eam abolevit, secundum verissimam prædictionem *Danielis IX. 26. et 27.*

§. VI.

Vnde, si homines pro purgatione peccatorum antiquitus iubebantur inter cetera animantia immolare Oves et Agnos, intelligere dabatur 1) Ovem vel Agnum Christum expiare nostra peccata et quia sanguis eorum aspersus potius inquinabat mortales, certo certius colligebant, per sanguinem illum repræsentari sanguinem Christi, et 2) immolando esse, id est, abiiciendos et corrigendos affectus stolidos ac irrationales, quales in ovibus inque Agnis deprehenduntur, sicut hoc explicat *Origenes in Levit. et Lact. Lib. IV. cap. 17.* de carne suilla prohibita eleganter concludit locum illum seq. Epiphonemate: *Sic universa Præcepta Iudaicæ Legis ad exhibendam Iustitiam, spectant, quoniam data sunt, ut per carnalium figuram spiritualia noscerentur.* Imo id ipsum in sacrificiis suis spectatum, pulcherrime demonstrat doctiss. *Galatinus de Rebus Arcan. Iudeor. Lib. II. cap. 9.* his verbis: *Ea, que sacrificantur, partim vitia et vitorum mortificationem, partim virtutes et alia significabant.* Primogeniti namque ovium AGNI quos Abel Domino offerre cœpit, atque AGNVS Paschalis Messiae Passionem ipsiusque pro hominum peccatis immolationem figurabant. Hirci et capre, quedamque alia non nisi vitia atque peccata, carnisque mortificationem per paenitentiam designabant. In hirco nempe et capra uniuscuiusque peccatoris fœtens ac luxuriosa plenaque verbis impuris petulantia significabatur, ut similiter in Tauro Superbia, in Vitulo Lascivia, in Hædo et Passere Clamor et Inconstantia. Contra in Ove Simplicitas præsignabatur atque Mansuetudo, in AGNO Innocentia, in Bove furiosa prædicatio, in Ariete utilis ac man-

sueta Præliatio, in Turture Caſtitas, in Columbis, que
gregatim volant et felle carent, Charitas; referente ite-
rum Franz. d.l. et præſertim cap. V. de Camelo, n. II.
post med.

§. VII.

Quapropter uti legislatoris proprie est, legem,
quam tulit, interpretari, quæ inde etiam *authentica*
interpretatio a ICtis vocatur, atque *usuali* et *doctrinali*,
ceu vocant, immensis paſſibus præit vel prævalet,
ſic tanto certiores ſumus omnes eiusmodi figuræ, ce-
remonias omniaque ſacrificia ac ſymbola talia ad
Christum Archetypum reflexiſſe, quanto clarius rem
nobis in libris Fœderis Novi partim ipſe, partim per
Evangelistas et Apoſtolos intelligendam dedit, imo ſa-
tis aperte intellectam reliquit.

§. VIII.

E multis pauca ſint hæc illuſtriora exempla, ſcil.
quando *Eſaias cap. LIII. verſ. 6. et 7.* eo vaticinatur,
aiens: *Omnes nos, quaſi oves erravimus,* (eand. enim vo-
cem quoque Rex David modulatus *Psalm. CXIX. 176.*
five ult.) *unusquisque in viam ſuam declinavit: et posuit*
Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrorum. *Obla-*
tus eſt, quia ipſe voluit et non aperuit os ſuum, ſicut Ovis
ad occiſionem ducetur, (vid. *Ierem. XI. 19.*) *et quaſi NB.*
Agnus coram tondente ſe, obtumescet, et non aperiet os
ſuum etc. Haec non ſolum Iohannes Baptista (qui Præ-
curor Domini ideo cognomine Agnifer in prefat. Mis-
ſalis Hierosolymit. Eqq. Argentorati A. C. 1505. imprefſi
vocatur et *Agnus ferens*, in ſignum immaculati illius,
quem digito monitravit, exerta manu depingitur, vid.

Macros

31

Macros Fratres in Hierolex. et Hofman. in Lex. univers. voc. Agnifer. qualem ego et Taulerum *Agnum Dei* ulnis gestantem, qua effigie lapis eius sepulcralis Argentorati in Collegio Acad. conspicitur, haud improbe dixerim, vid. *G.F. Hempelii Memoria Tauleri instaurat.*) de afflictione Christi pro peccatorum nostrorum per suam innocentiam et iustitiam expiatione et satisfactione interpretatus, cum *Iob. I. v. 29.* Iesum venientem ad se videns exclamavit: *Ecce AGNVS Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* et *ibid. v. 35.* eundem rurus conspiciens ambulantem, dixit: *Ecce AGNVS Dei;* sed etiam cum primis in institutione SS. Cœnæ post benedictionem, fractionem et comeditionem panis corpus suum innuentis luculentissime ad se applicuit calicem simul postea accipiens, gratias agens, et discipulis suis tradens, verba hæc proferendo: *Bibite ex hoc omnes! Hic est sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum v.* *Matth. XVI. I. 26. 27. et 28. it. 1. Cor. V. 7. et Hebr. IX. 28.* Sic adeo singulis ne quidem os aperiendo ab eodem ad amissum Redemptionis nostræ expletis conf. d.l. v. 63. et *XXVII. 14. add. Marc. XIV. 61. XV. 5.* factum, ut Philippus Apostolus iussui divino morem gerens viro Æthiopi, Eunuco, potenti Candaces Reginæ Æthiopum Archithesaurario et Camerario Hierosolymis, quorū adorare venerat, domum revertenti et in via versus Gazam super currum suum sedenti et memoratum istum Esaiæ Prophetæ locum legenti, obscurum autem non intelligenti Spiritus Sancti ductu se ei associaret, atque ad rogatum ipsius tam a scriptura ista incipiens evangelizaret. Iesum, quam etiam Philippum

lippum ex toto corde credentem in aqua, quam per
 viam desertam ambo offenderant, pariter baptizaret,
 ex visu Eunuchi, cum de ea ascendissent, mire dire-
 ptus, et postmodum in Azoto inventus prædicandi
 Evangelii causa cunctis civitatibus, donec veniret in
 Cæfaream *Actor.* VIII. a vers. 26. usque ad fin. *Cap.* Sic
 quoque *Petrus Apostolus in Epistola priori electis adve-*
nis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Afriæ et
Bithyniæ transmissa Cap. I. v. 18. et 19. hos inter alia
 meminisse admonet: *Scientes quod non corruptibili au-*
ro vel argento redempti estis de vana vestra conversatio-
ne paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi AGNI
immaculati Christi et incontaminati. iung. ibid. vers. 23.
 Similis est AGNI, quem omnis terra adorat, visio in
Apoc. V. 6. seqq. stantis supra montem Sion et cum
 eo centum quadraginta quatuor millia habentium no-
 men eiusdem et nomen Patris eius scriptum in fronti-
 bus suis d. l. XIV. 1. Consimilis est coena nuptiarum A-
 gni die Hochzeit oder das Abendmahl des Lamines/ ad
 quam beatos invitat, *ibid. XIX. 9.* ne iam sicco pede
 præteream non modo Spiritum S. in sola memorata
Apocal. prædicatum AGNI mansuetissimo Redempto-
 ri nostro (observante id *Ch. Klemmio in Libello Homilet.*
cui Tit. im Herrn ergötzes Aug und Ohr ic. ad
Domin. Palmar, p. m. 330) vibies noviesque attribuisse,
 verum etiam hunc ipsum idem merito affectans se ali-
 as iuxta vaticinia Iesaiæ XL. II. Iung. *ibid. XI. 6. LXV.*
25. et Ezech. XXXIV. per tot. prorsus impleta, non mi-
 nus ac ipsos Sacerdotes, Apostolos et Nuncios divi-
 nos, item se cum Pastore ovium, cum Ianua ad ovile
 et electos suos sive Ecclesiam cum Ovibus ac Agnis
 com-

comparasse Ioh. X. v. 1. usque 16. et XXI. vers. 15. usque
17. 1. Petr. II. 25. Imo ad extreum Iudicium in Ma-
iestate sua cum omnibus Angelis venturum se, con-
gregaturum cunctas gentes, et sicut pastor segregat
oves ab hoedis, separaturum eas ab invicem, nec non
oves quidem (atque adeo etiam *Agnos*) a dextris suis,
hoedos autem a sinistris staturum promisisse Matth.
XXV. 31. 32. et. 33.

§. IX.

Restaret præterea, ut ad specialia §. 5. a nobis me-
morata, præfertim ad Tractationem Materiæ celeber-
rimæ, nempe de *Agno Paschali*, cuius sedes est in S.
Litteris cap. XII. Exod. descenderemus, qui comedebatur
ab Israëlitis in Paschate, unde nomen traxit, qui
maestabatur circa vesperam, qui accipiebatur ex grege
ovium, qui debebat esse masculus, anniculus et absque
omni macula, qui assabatur, cuius sanguis aspergeba-
tur postibus per Hisopum, qui comedebatur cum azy-
mis, seu cum panibus non fermentatis, sed puris, qui
edebatur cum amaris herbis, qui unus erat in una domo,
cuius superflua non reservabantur, sed comburebantur,
ex cuius pelle vestes siebant, cuius etiam sanguis posti-
bus affulsi non proderat Ægyptiis, bene tamen Iudæos
ab interitu liberabat, et ad sexcenta alia, quibus adventus
et imago Christi cum vita Christianorum corpus eius
et sanguinem in Sacra Coena pascentium adumbraba-
tur; Verum enim vero partim ne lucem luci meridi-
anoque soli radios afferamus, partim ne iusto prolixiores
evadamus, placet ablegare B. L. ad laud Franz.
cap. XXII. ad Ioh. Lundii, *Theologi Slesvicensis alte Jü-
dische Heilighthümer*: Lib. V. cap. X. XI. XII. XIII.
XIV.

E

XIV.

XIV. ac XV. ut et ad Theologi Viteberg. Iob. Andr. Quenstedii Antiqu. Biblic et Eccles. Part. I. cap. III. num. V. sect. II. iunct. Bochart. d.l. cap. 43. cum seq. ubi fusius de Agno Paschali et Typo hoc Archetypum sive Antitypum penitus figurante ex proæfeti solliciti sunt.

CAP. VI.

EX HISTORIA PROFANA PER TRANSENNAVIA QUASI NONNULLA REPETIT PLURA VERO EX HISTORIA SACRA NOVIORI SIVE ECCLESIASTICA ADSTRVIT.

§. I.

Ethnicoſ, gentileſ et ceu vulgo vocantur, infideleſ multam ac ſumptuoſam operam in ſacrificio hoſtiasque Diis ſuis a ſe effectis, præcipue autem horum principi Iovi offerendas, quas inter ovibus et Agniis utebantur, imo ovem eapropter Maximam Hostiam deprædicabant, ab omni ævo impendifle, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Comprobavimus hoc ex parte iam ſupra Cap. II. §. 5. Exemplio ovis ſive Agna Idulis Iovi ſacratae, ut et Cap. IV. §. 7. exemplio Aurei Agni Aureique Velleris; ex parte etiam res ſalva eſt, dummodo oculos paulisper retro in prisca ac cœca in ſpiritualibus tempora coniiciamus,

§. II.

Si enim verum eſt, iſti præfertim Iovi, cui nil niſi magnum atque eximium debebatur, præ cæteris placuisse gentium ſacrificio, in quibus frugum primitias libaverant, innuente experientiſimo Kämpffero in Dedic. laud. ſuo Operi præmiffa, certo certius ſequitur pri-

miti-

mitias animalium, in primis *Agnos*, haud displicuisse; siquidem locus celebris est apud *Arnob.* L. VII. p. 217. ibi: *Centum cedat boves, totidemque cum AGNICVLIS suis matres*, item apud *Fulgentium de Prisc.* Serm. ad *Chalcidium cap. 6.* in verbis: *Bebius Macer, qui fastos dies scripsit, ait Iunoni (Iovis uxori) eas, quæ GEMINOS parerent, oves sacrificari, cum duobus AGNIS altrinsecus alligatis; quas Oves Ambegnas vocari, quasi ex utraque parte AGNO S habentes etc.* Intrepideque afferimus, eosd. ethnicos hac in re populi Dei sive Israelitici fuisse æmulos et simias, in tantum ut minima saepe observaverint. Sic quando in lege Mosaica *Exod. XXII. 30.* (vid. cap. nostrum præced. §. 4.) statutum est: *Septem diebus fit cum matre sua et die octavo reddes illum mihi, legimus simul ex Plinii Libr. IIIX. cap. 51.* hæc notata digna, quod *suis factus sacrificio die quinto purus fit*, NB. *pecoris die octavo.* Imitationem eiusmodi insuper nobis *Ovidius Naso Libro suo Metamorphoseon* exhibit, quem pro communi eruditorum calculo ex Pentateucho expilavit et pro suo captu seu raptu ad ludicra gentilium transfiguravit, nixus privilegio Pictorum et Poëtarum, quod *Horat. de Art. Poët. v. 9.* ita exprimit:

- - - - *Pictoribus atque Poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas!*

§. III.

At vero quemadmodum simia est simia, etiamsi gestet aurea insignia, sic infelicitatem ac cœcitatem horum ex lumine naturæ, creaturarum fœda affectatione et aliunde æmulorum *D. Paulus ad Rom. cap. I.*

v. 19. usque ad fin. vivis depingit coloribus, et in seqq.
capp. ad verum cultum Dei per Evangelium revela-
tum serio adhortatur. Nam discussis cimmeriis, ut
ita loquar, tenebris et abiecto iugo durissimæ legis
alia calcanda erat, et adhuc est calcanda via, præque
amaris pacuis salubria ac dulcia ab ovibus et Agnis
Archi-Pastoris frequentanda.

§. IV.

Et licet huius adventu oraculis paganis in uni-
versum fere os obduratum, ut obmutescant, et licet
aboleta sacrificia, ut aræ sine igne algeant, ut potiores
confractæ inducias, imo pacem piæ et impiaæ anima-
lium lanienæ fecerint reddiderintque, licet quoque cir-
cumcisio in orbe Christiano ab eo tempore exulet, sub-
stituto in huius locum S. Baptismate, licet desierit,
eundem sistente Salvatore nostro, nec non in Cœna Do-
minica ipsum quasi continuauit *Agnus Paschalalis*, adeo,
ut nec ipsi Iudæi rituum priscorum seu ceremonia-
rum Leviticarum alias perstrenui cultores hodienum
istum amplius celebrent, sed vice huius placentam non
fermentatam sub mappa reconditam in Festo Pascha-
li in tot frusta, quot hospites adsunt, dividant ac co-
medant, qua de re vid. plura ap. Buxt. *Synagog. Iudaic.*
C. 18. seqq. Roff. von aller Welt Relig. p. 44. seqq. et
Leusden. Philolog. Hebr. mixt. dissert. 38. nihil secius
*tamen plures adhuc reliquias ceremoniarum cerni-
mus et simulacula, quæ Christianorum supersticio, pe-
culiaris pietas, sanctimonia et zelus non quidem pe-
nitus de Agno Paschali, sed de Agno Divino sibi fixe-
re, ita, ut posteri nonnulli ex simili instituto et ex lege,*
non-

nonnulli ex more tantum religioso, in diem hunc usque talia simulacra continent, præterquam quod omne ævum etiam solius *Agni* figuram præ cunctis animalibus magni fecerit atque in pretio adhuc habeat, et si vel maxime *Patres VI. Concilii Cœlitani Christi* imaginem in *Agnis* sculptam improbarint, dicentes : *Quod sunt figuræ et umbræ legis veteris, iubebantque, ut AGNVS Dei humana tantum figura representetur.* Vbi Caranza : *Prohibuerunt Spiritum Sanctum in Columba figurari et Magos sub Stella et Christum sub VETERI AGNO, sed humana forma.* Esto ergo apud B. L. iudicium de figureatione ista plane singulari, quam *Iob. Ulric. Krause, cœlator aeris Augustanus, inter Iconismos Bibl. Biblici Engel und Kunst-Werck A. 1705. a se editos Part. II. sive in heiligen Augen und Gemüths-Lust fig. 9. excogitavit*, Deum Patrem, ut *AGNUM* et Deum filium, ut *Agniculum* iuxta invicem utrumque sese respiciendo positum significans, cum Lemmate latino : *Parenti Simillima Proles, et Germ:*

Gott von Gott/ Licht von Licht/
So sieht Jesus Angesicht.

§. V.

Apud Romanenses *Agnus Paschalis* (cuius benedictionis formulam exhibet *Ordo Roman.*) hodie dicitur, qui *iuxta Romanam auctoritatem in Pascha benedicitur, non ad Altare, sed ad communem mensam*, ut est in *Micrologo cap. 54. Iung. Car. du Fresne in Glossar.* *Agnus Dei* autem precatio in Missa, quam a SERGIO I. Papa ordinatam aliqui, aliqui antiquiorem innuunt, id duntaxat SERGIO tribuentes, quod ter *Agnus Dei*

E 3

in

in Misla proferri voluerit, cum antea semel tantum diceretur. In huius prolatione, omnes, qui sunt in Choro, genua flectunt etc. vid. *Macros Fratres Hierolex.* in hac voce ut et in *Genuflexio.* Add. Reverendiss. Abb. Dn. Job. Andr. Schmidius, *Antecessor et P. P. huius Academiae celeberrimus in Lex. Eccles. Minor. sub eod. Vocab.* Subteximus, quæ Cardinalis Bona de *Agnis Dei*, quod apud hos ante, apud illos post, apud alios ad ipsum Eucharistiæ sacram concini solet, habet *Rer. Lit. L. II. c.16. §.5.* Confracta hostia, ait, et immissa in calicem particula sequitur deprecation ad Christum *Agnum Dei* tollentem peccata mundi, incruente a sacerdote immolatum. Eorum procul dubio Episcopus Andegavensis, cum d. 4. Febr. c. A. in Regia Abbatia Cathedrali S. Dionysii exequiæ Sereniss. Duciis Regnique Francici per aliquot annos Moderatoris, Philippi Aurelianensis, regio more propeque tumulum ibidem regium celebrarentur, ac iste orationem funebrem recitaret, verba fecit, sese versus præsentem Archi-Episcopum Rothomagi, defuncti Principis Eleemosynarium magnum et tunc temporis inter dicendum solemní ritu sacrificantem convertendo exclamans: *C'est à vous, Grand Pontife, qui melez vos larmes avec le Sang de l' AGNEAV ; c'est à vous à publier sa Charité et sa Miséricorde* etc. ac paulo post circa finem: *Nous espérons, Grand Dieu, ce prodige de Miséricorde, nous vous le demandons avec larmes et gemissements : Ne le refusez pas à cette Illustre Princesse, desolée et à cet Auguste Fils, qui vous en supplie pressé au pied de vos Autels ; à vos zélés Ministres, qui l'implorent par le Sacrifice de l' AGNEAV sans tâche* etc.

§. VI.

Apud Græcos antiquior est *Agni Dei* mentio in sacris solemnibus, sed non per modum precationis. Iacobus in Liturgia: *Ecce AGNVS DEI, Filius Patris, qui tollit peccata mundi.* Et in Liturgia Chrysostomi sacerdos divisurus sanctum panem dicit: *Frangitur et dividitur AGNVS DEI, Filius Patris.* vid. *Cap. Calvör. Ritual. Ecclesiast. Part. I. Libr. II. Sect. II. Cap. 79. §. 7.*

Hac autem, pergit ille d.l. *Agni* in Græca Synaxi commemoratione quidam decepti, et eam ad Latino-rum precationem trahentes, scripserunt ante SERGIVM cœpisse, et Concilio Nicæno antiquiorem vel certe co-ævam existimarunt. Et SERGVS quidem instituit ter duci *Miserere nobis*; sed multis postea ingruentibus Ecclesiæ adversitatibus, ut ait *Innocentius Libr. VI. de Myster. Missæ cap. 6.* sive ad tollendum schisma, ut alii scribunt, & Ioh. XXII. hanc editionem attribuunt, statutum fuit, ut in tertio diceretur: *Dona nobis pacem*; qui ritus ubique receptus est, excepta Basilica Lateranensi, in qua, monentibus *Annalib. Eccles. ad A. Chr. 701. auctoribusque inibi citatis*, adhuc servatur antiqua forma dicendi ter: *Miserere nobis.* In antiquis Missalibus ante annum millesimum scriptis hæc oratio tertio reperitur cum clausula: *Miserere nobis:* Ex quo apparet prædictam mutationem post eum annum contigisse. A quo Pontifice statuta fuerit, nusquam se legisse meminit laud. *Calvör.* addendo: At si verax est Robertus Abbas Montensis in supplemento Chronicæ Sigiberdi, hanc pacis postulationem attulit e cœlo B. Virgo: Apparuit enim

nim, ut ipse Abbas resert, Anno 1183. cuidam fabro lignario opus facienti in sylva, deditque illi sigillum cum imagine sua et filii sui, et cum hac inscriptione: AGNVS DEI, qui tollit peccata mundi, dona nobis pacem; iussitque ut adferret ad Episcopum, atque ei diceret, ut qui vellent pacem Ecclesiæ facerent huiusmodi sigilla, et portarent in signum pacis. Iuxta haec in quodam Missali antiquo sic interpolatam idem Calvör. reperit privata quorundam licentia hanc precationem: AGNVS DEI, qui tollis peccata mundi, criminis tollis, aspera mollis, AGNVS honoris, miserere nobis. AGNVS DEI, qui tollis peccata mundi, vulnera sanas, ardua planas, AGNVS amoris, miserere nobis. AGNVS Dei, qui tollis peccata mundi, sordida mundas, cuncta fecundas, AGNVS odoris, dona nobis pacem!

§. VIII.

Nostris doctrinæ purioris five evangeliæ Asselis etiamnum præter sic dictam Litaniam: Kyrie / Eleyson ic. in invocatione Agni Dei trina desinentem iam A. Chr. 486. Viennæ in Gallia, cum Präful Ecclesiæ ibidem esset Alcimus Avitus (de quo vid. G. Arnold. Kirchen- und Rezer-Historie Tom. I. Lib. 6. cap. 3.) usitatam, dudum continuatam et à B. Megalandro nostro à Sanctis, Monachorum ausu inspersis repurgatam et pristinæ Apostolicae normæ restitutam in usu sunt cantiones notissimæ et hymni: ô Lamm Gottes unschuldig ic. Christe du Lamm Gottes ic. Ein Lammlein geht und trägt die Schuld ic. it. ô Lammlein Gottes Jesu Christ ic. nec non: Christ lag in Todes Banden ic. ibique versic. 5. atque Allein Gott in der Höh ic. vers. 3. postquam enim illi, qui primi apud nos divina fave

vente

vente veritatis gratia reformati ecclesiam, can-
tum in universum restituerunt populo, accidit hoc
tanto successu, ut non solum nostrates istos præter
Evcharistiam, sicut alios quosvis, in peragendo cul-
tu divino publice ac privatim intonare queant, sed
etiam, ut ipsem populus pontificius Psalmodiam si-
ve ad Evcharistiam, ceu præsente quamvis ipso Epi-
scopo audivit, *prælaud. Calvör. d. l. §. 6.* sive extra il-
lam instituere in templis suis valeat, quemadmodum
et ego in æde, ut vulgariter a magno Magistro huius
ordinis denominant, *Teutonica Noribergensi* hymnos
eiusmodi nostros auribus meis audivi decantatos.
Vetus etiam admodum mos est, quod populus vel
concinat vel comprecetur clero in conventibus sacris,
isque non tantum a tempore Apostolorum et aliquot
subsequentibus seculis nec ipso id diffidente *Card. Bona*
Rer. Lit. i. c. 15. sed quoque vel ab ipsissimis temporibus
Davidicis, uti et hodieque Iudæi comprecantur
ac respondent suo præcentori, originem petere pos-
test. *test. 2. Sam. VI. 1. Chron. XVII. 4. ac 36.* Et omnino
Calvör. d. l. Part. II. Sect. V. cap. 2. §. 1. et 3. nec minus
cap. seq. 3. ibid.

§. IX.

Præterea *Agnus Dei* vocantur et numismata sa-
cra ex cera confecta in ead. Romanensem communio-
ne, eo quod *Agni* figuram, in Symbolum Christi pa-
tientis, habent impressam, cuius rei historiam verbis
Sirmondi ad Emodium ex Carol. du Fresne aliisque mul-
to pluribus longe et late deducit *Iob. Iac. Hofmann. in*
Lex univers. voc. Agnus Dei. Origo horum, secundum
eundem *Sirmondum*, deducitur ex more illo, quo ex-
F cereo

cereo Paschali sacrato particulæ decerpebantur et populo die Dominica post Albas distribuebantur, vel ad suffitum, vel aduersus dæmonum præstigias aut contra fulgura ac tonitrua. Et dum hic mos extra Romanam olim obtinebat, ibidem vice cerei Paschalis ceram oleo perfusam benedicebat Archidiaconus, inde particulas in *Agnorum* effigiem expressas asserrabat populo similiter dividendas. Hodie Papa solet hæc numismata cerea primo anno sui Pontificatus benedicere, deinde in quolibet septennio ad Octavam. Ritus illa consecrandi five ceremoniæ iuxta *Walfridum Cap. 22.* a *GREGORIO M.* institutæ perhibentur a scriptoribus divinorum officiorum vid. *Ordo Rom. in Ord. de Sabb. 5. Albin. Flacc. de Divin. offic. Durand. Rational. L. VI. cap. 79. laud. Hofmann. et Reverendiss. Abb. Schmid. d. l. ubi et materiam, virtutes et reliqua (quæsacra Digesta vero *Agno* immaculato, tollenti peccata mundi eique soli adscribunt) attributa illorum in versibus *VRBANI V.* Græcorum Imperatori cum dono eiusmodi cereo missis *Lib. I. Ceremonial. Sect. 7.* obviis, omisso tamen tertio et quarto propterea a nobis suppleto, uterque recenset, nimirum :*

*Balsamus et munda cera cum Chrismatis unda,
Conficiunt AGNVM; quod munus do tibi magnum:
Fonte velut natum, per mystica sanctificatum.
Fulgura desursum depellit, et omne malignum:
Peccatum frangit, ut Christi Sanguis, et angit.
Prægnans servatur, simul et partus liberatur.
Dona defert dignis, virtutem destruit ignis.
Portatus mundè, de fluctibus eripit undæ.
Addit Stephanus Quaranta in Constit. Pontif. nescio cuius Codicis fide: Mor-*

Morte repentina servat, sataneaque ruina,
Si quis honoret eum, retinet super hoste trophyum,

Parsque minor tantum tota valet integra quantum.

Et licet secundum Azor. lib. 9. cap. 9. quest. 3. in Sacris solummodo constituti possint huiusmodi cerea numismata tangere, recessum tamen fuisse ab hoc more vel inde liquet, quod non amplius modo Episcopis, Praelatis et Clero, sed etiam Laicis utriusque sexus donari soleant. Vnde narrat Zucchi in Historia Mogunt. GREGORIUM M. THEODELINDÆ AGILVLFIR. Vxori bina istiusmodi numismata misisse auro alligata, que adhuc in ea civitate conserventur etc. Et praeter exemplum Imperatorum ante memoratum pleraque alia, novissimum adhuc in Legato extraord. a SACRATISS. IMPERATORE nostro C. A. R. VI. scil. Illustriss. ac Excellentiss. S. R. I. Comite de Knuitz, ad Congregacionem Purpuratorum Eminentissimam Romæ vacante id temporis sede de eligendo iterum summo Pontifice in Conclavi sollicitam missio, quem noviter electus BENEDICT. XIII. cum ipsi nuper mense Iulio de exaltatione sua gratularetur, nec non simul diceret vale, altero die versus Aulam Augustissimam redire cogitantem inter reliqua munera Rosarium (vulgo Pater noster) ex lapide Lazuli, et auro religatum, corpus Martyris cuiusdam, picturam a Guidone Reni mire exarata, Literas vel Breve Indulgentiarum plenarum variarum, multis omnino hisce numis cereis vel Agnis Dei dedit. Formam ac figuram quod attinet, dabimus ex eo, quem FRATER mihi parentis instar deemandus, Christoph. Augustus Lemmermann, Iurium D. et Advoc. Ord. dulcissimæ Patriæ, iam Anno 1712. Roma ex do-

no curiae papalis (quam non una vice ad solium usque et thronum CLEMENTINVM salutaverat,) secum advectum bene assertat, ac constat, sicut omnes alii, ex cera alba numo ovali mediocris ad maiorem propemodum inclinantis moduli haud absimilis, cerniturque in uno latere *Agnus Dei* sive *Agnus* lanatus, circa caput, retrospiciens, radiatus, anteriori eoque dextro levato pede, reliquis substratis, vexillum gerens, cum Perigraphe desuper: ECCE AGN DEI QVI TOL PECC MVN et irresegmine infra *Agnum* CLEMENS XI. (postea lin. seq.) PMA VII. (et tandem lin. tertia) 1707. In altero vero latere figuratum circularis quoque inscriptio ita exprimit: SANCTI FRANCISCI DE PAVLA lunc. omnino *Gisbert. Voëtii, Theol. et Prof.* quondam *Ultraiect. Select. Dispp. Theol. Part. III. D. 64.* quam de *Agnis Dei* anno 1643. 2. Sept. instituit, horumque Mysterium ad pleniores detectionem superstitionis papalis præ ceteris explicit, §. 4. p. m. 939. Edit. *Utraiect.* simul notanter recensens, *Gul. Eslium apud Molanum de Pictur. Sacris cap. 13.* Metra antea enarrata elegantiori quidem carmine elegiaco complexum esse, sed et viri illius conscientiam non leviter intrus pulsatam et lacinatam fuisse, cum in fine de suo adderet concluderetque hoc disticho:

Vnde rogas uni tam magna potentia signo?

Ex AGNI meritis, haud aliunde fluit!

Nostrates enim, sive A. C. et quidem immutatae additioni non alia signa sive sacra numismata, quam ea, quibus pro locorum diversitate ac usu modo Christus cruci affixus, modo *Agnus Dei* cum vexillo triumphali impressus est et quæ ex farina aqua aspersa picta et

con-

consecrata sunt, durante duntaxat Eucharistia in, cum et sub hoc pane, extra eandem vero salam *Agni* merita, haud alias figuræ, haud alia signa, veneramur, licet in pretio, quo pars est, habeamus.

§. X.

Dantur porro *Agnus Dei* sive numismata sacra non ex cera, sed metallo aliquo confecta, quæ coronis, communiter *Pater noster*, appendi solent; *Agnus* quoque in Ecclesia Græca vocatur calicis Eucharistici velum, forte quia in eo *Agnus* pingebatur. vid. *Reverendiss. Dn. Abbas Schmid. d.l.* in voc. *Agnus Dei* & voc. *Velum*. Idem & *Aer* appellatum; Hinc *Germanus Patr. CP. in Theor. Velum, Aer sive AGNVS* est et dicitur esse vice *lapidis*, quo munivit *Ioseph* munimentum, quod obsignavit. Eodem *Ve-*
lo antiquitus apud Latinos Græcosque sacerdotis moribundi faciem cooperiri fuisse, solitam, refert *GREGORIUS Pontif. cognomento MAGNVS in Evangel. Homil. 37. Domin. & Car. Macri Hierolex. in Velum. Aureus pariter Agnus inter ornamenta ecclesiastarum recensetur apud Anastasium in Vitis Pontif. Iung. Hofmann. d.l.*

§. XI.

Non minus *Agno* monetam auream signavere Franci, iam inde à *LUDOVICO IX.* temporibus. Et quidem *denarii aurei cum Agno, Gall. Deniers d'Or à l'Aignel*, typum exhibit *Carol. du Fresne in Gloss.* ubi de moneta. *PHILIPPVS dein Rex, cæteris monetis prohibitis, præter Turonenses, Parisienses et Burgenses, Florenos ad Agnum* cudi iussit A. C. 1313. Similiter sub *LUDOVICO HVTINO*, omnis moneta præter auream *cum Agno* vetita A. C. 1314. sub *PHILIPPO postea MAGNO et CAROLO PVLCHRO*,

F 3

ibi-

ibidem *Denarius cum Agno*, in usu fuit cum inscripto: KLS REX, sub *Agno*, circa A. C. 1323. Exin sub IOHANNIS R. principatu iterum cusi sunt denarii, in quibus effigies *Agnus*, quem *Dei* vocant, sub cuius pedibus extat: IOH. REX, cum inscr. AGNVS. DEI. QVI. TOLLIT. PECCATA MVNDI. MISERERE NOBIS. In aversa parte cruce florigera expressa, cum 4. liliis, uno scil. in angulo quolibet, Gall. *Deniers à l' Aignel d' or fin.* sub eodem *semisses denariorum ad Agnum*, vulgo *deni- deniers à l' Aignel*. Postquam sub CAROLO VI. *Agni aut parvi Agni*, Gall. *Moutons ou petits Moutons*, vett. *Agnis* similes prodiere, præterquam quod sub *Agno* scriptum est: K. F. RX. De quorum omnium valore aliquisque huc pertinentibus vid. laud. *du Fresne cit.l.* Huiusmodi monetae *Agnus Dei*, Galliae Regibus olim usitatae, originem accepit Peirescius, ab insigni hoc vexillorum praecipuo, quo cruce-signati contra Albigenses (atque ita non post praelium demum Piætaviense primum cusi, ut vult *Froissard. Volum. I. cap. 171.*) in bello usi sunt, coeteroquin forte hac imagine insignitiae monetae, quibus militum stipendia exsolverentur etc. Namque inde *Agnus Dei*, pro insignibus, toti etiam Franciae Clero, et compluribus ecclesiis Cathedralibus, ipfique urbi Tolosanae mansit. *Operosiss. Hofmann. d.l.*

§. XII.

Idem monetae genus in Flandria quoque obtinuisse, docet *Tillijs de Paclis inter Francos et Anglos*, sub A. C. 1351. et 1361. ubi *Motonum Flandriensum* meminit. Sed et Hispanis suos fuisse *AGNOS DEI*, referunt *Covarruvius de Vett. Numismatum Collatione cap. 5. num. 9.* Ante eundem, inquiens, *HENRICVM III.* hisce in regnis babu-

habuit cursum moneta nuncupata AGNVS DEI, que initio valebat Maravedinum; deinde percussa fuit ex tam infima materia, ut saltem valuerit coronatum, vulgo Cor-nado etc. et Mariana Libr. de Ponderibus et Mensuris cap. 22. Vid. rursus du Fresne d.l. et in primis Hofmann. d. l. it. in voc. Multo seu Muto. Eiusmodi et Agnus Dei five Paschalis insignia Gothlandiae componit, isque argenteus vexillum simile rubra cruce distinctum atque cruci aureae appensum pede dextro gestans in area rubra, quae inde monetæ arg. duos floren. valenti a CHRISTIAN. IV. Dan. N. V. G. etc. Rege A. 1631. cufæ inter tredecim reliqua, quibus circumdantur Dani-ca insignia, inserta cernuntur.

§. XIII.

In Germania nostra pariter occurrunt numi Agno Dei illustres, quemadmodum W. E. Tentzelius in Saxon. Numismat. Lin. Ernest. à Chr. Junckero Suppl. adornata aliquos recenset, nempe primum eumque castrensem, quadratum et mediocrem JOAN. F R I D E R. Electoris. Sax. quem quidem nuspam illi Polihistori nisi in Regio et Electorali (*Dresden*) Nummophylacio visum, Saxonum esse iurare non vult, quia nec insignia adsunt Saxonica, nec vox Germ. diminuta, Lemel pro Lamm, Saxonica est, in subscriptione ita habente: C H R I S T V S I S T. D A S. L E M E L. G O T T E S. D A S. D E R. W E L T. S I N T. T R E G T. et verbis insculptus est Agnus procumbens cum vexillo triumphali circa caput radiatus, ut in aversa Iesus resuscitatus suo infestens sepulchro, cum anno: 1546. Coniecturis tamen ad apponendum hunc numum se motum ait sequentibus: Quod in aliis istius temporis numis Sax. rotundis et

et quadratis verba ab imperito artifice male distinguuntur, quodque foederati Smalcaldici in *Agni* cum primis *Dei* tutela victoriaque fiduciam posuerunt, teste iam numismate altero; Secundum priori forma triangulari simillimum, sed plus quam dupliciter superantem istum, Chiliarchæ Electoralis Thumshirnii mandato quoque factum, iisdemque locis aureum et argenteum visum, quæ in anteced. indicaverit, puta inter cimelia huius familiae Altenburgi ut et Arnstadii, subiectens, ut qui eundem rite cupiat intelligere, posticam prius expendat talem: D VRCH. DIE. CRAFT.
 DES. LAMB. GOTTES. SEINT. DIE. FEINDE. BEL.
 TRACHENBURG. GESLAGEN. WORDEN. MON-
 TAGE. NACH. EXAVDI. ANNO. 1547. In anticæ
 medio stat *Agnus* cum vexillo triumphali et calice,
 quamvis hoc in figura, quam simul suppeditat Autor,
 ænea non expresso, circulo inclusus. Supra scriptum
 est: GOT. ALLEIN. DIE. EHR. Infra: WILHELM.
 DVMBSHIRN. DIE. SELBige. ZEIT. OBRISTER.
 WAR. vid. p. 163. seq. ac p. 185. it. p. 141. seq. ubi et de
 prælio ipso plura. Conspeximus porro numum au-
 reum, (seu pondere et valore quintuplicem ducatum)
 in cuius uno orbe Christi effigies cum radiis circa ca-
 put et hoc inscripto: ICH. ERLÖSE. SIE. VON. SÜN-
 DEN. in altero stans *Agnus Dei* cum capite circulari
 et vexillo triumphali, quod pede dextro comprehen-
 dit, et versus marginem five extra orbiculum, in quo
 positus *Agnus*, radiatum circum circa, intermissta huc
 et illuc Crucifixionis ac Passionis supellestile verba
 eum significantia: SIHE DAS IST GOTTES LAMB WEL-
 CHES et infra DER WELT SÜNDE TREGT. Cæte-
 roquin

roquin sine die et cos. numus est, ex Monasterio fortassis proditus.

§. XIV.

Adhæc figimus varii moduli monetam auream Noribergenseu etiamnum summe vigentem, quæ in altera parte *Agno Dei*, semi fere globo terraquo infra feso posito, insidente et pede dextro elevato vexillum (cui trias literarum, quam omnes poscimus, inest, scil. PAX,) tenente superbit, unde numi eiusmodi pro diversitate moduli ac ponderis modo unum, modo plures Hungaros sive Aureos pretio suo adæquantes regulariter vocitantur *die Læmles Ducaten* / in altera vero parte insignia terna consueta Metropoleos, cum inscripto circumcirca (quantum quidem observare mihi licuit) v.g. 1) in illo de Anno 1649. MONETA AVREA REIPVB. NORIMBERG. ubi in altero latere circum *Agnum* Lemma: CHRISTO DVCE VERBO LVCE; 2) in isto: SECVLV M NOVVM CELEBRAT RESP. NORIBERGENSIS, ubi et culmini insignium columba ramum olivæ ore gestans distentis per aëra aliis infidet, in postica vero parte circulare legitur. Monostichon sequens: teMpora nostra pater Donata paCe Corona. 3) in alio iterum MONETA REIP. NORIME. ubi super *Agno* venerandum PATRIÆ PATRVM pro temporis bellique vicini calamitate piissimum atque ab *Agno* immaculato ad intactæ hucusque *Virginis Imperialis* incredibile solatium (quod huic sexui sive masculino sive fœminino nondum contaminato in universum notanter eo promiserat, ut sequantur se, quocunque *Divinus AGNVS ierit*, ut emptæ sint ex hominibus primitæ Deo et AGNO etc. vid. Apoc. iam ante cit.

G

cap.

• • •) 50 (• • •

XIV. v. 4.) exauditum suspirium : paCeM Da nobls
Christe berigne. Id quod, cum venia suppleto tantum
unico vocabulo *potens*, spontaneum edit Chronostichon
sive Pentametrum Chronicum. Insimul notatu
dignum censeo, cum reliqui *Agni* antrosum conspi-
cientes et pede anteriori dextro vexillum Pacis tenen-
tes præfato globo insistant 1) num. memoratum, libro
aperto humi prostrato insistat, ac 2) num. descriptum,
vexillum istud pede eiusmodi sinistro continere, ca-
put etiam radiatum vel potius circulo, qui aliis deest,
condecoratum esse.

§. XV.

Sane igitur accuratius inquirere non est necesse,
cur eidem populo Norico Merropolitano mirum adeo
in modum præ omnibus animantibus, inter Evangelicos,
arrideat etiamnum *Agnus*, ita, ut non solum tem-
pore Paschatis filioi filiolæve, parentum permisso, lu-
stricos suos nonnunquam ulnis ancillarum lati et latæ
salutantes præter alia munera, velut argenteos vel au-
reos nummos, esculenta, potulenta, poma, nuces, saccha-
rum, liba piperata, (quorum deliciae pistoribus istius
foli procurare duntaxat propriæ ipsa ad rubros usque
Indos commendant) sæpenumero præcipue *Agnello*
vivo sive arte facto donentur, sed etiam, quando hoc
non fit, iidem parentes tenellis nimium indulgentes,
Agnellum tunc ex professo ubique venalem compa-
rent, atque taliter liberis et domesticis vivos assuefa-
ciant, ut plurimum hos, maxime tamen illos per viam
publicam comitentur et sequantur; imo in anniver-
sariis templorum festivitatibus vel Sancto, unde no-
men trahunt, sacris vel in memoriam pristinæ conse-
cra-

creationis institutis , an Kirchweyh-Festen oder Kirch-
weyh-Tagen / vulgo Kirnies i. e. Kirch-Mesj / nostro
plebeio vernaculo Körba/ post celebratum cultum di-
vinum, quem interdum subito excipiunt, interdum, si
in diem Dominicam incident, ex novo ac plane reli-
gioso Incluti Senatus Decreto sequenti demum luce
frequentantur , iuvenes id temporis ex vico nempe
regionis, in qua eiusmodi solemnia peraguntur, *Agrium*
tæniis diversi coloris aut veris aut chartaceis lanæ al-
ligatis et contextis amictum per vicum suum et in vi-
cinia, nis et per multam urbem, circumducunt, se-
quitur aliquis puerulus albo indufio, zona viridi ad
lumbos constricto vestitus, pedum in manibus et lau-
rean in capite gestans, vel alias opilionis instar effor-
matus, qui altero paululum natu maiori tympanum
quatienti liberales cum peculiari, ut ita loquar, pyxi-
diero et magna sœpe caterva iuventutis utriusque se-
xus convolante, ni publice id interdicatur vel per ap-
paritores iussos prohibeatur, ostiatim provocat, im-
pensis postea hisce collectis et denariis utique emen-
dicatis in ludos, choreas , saltationes, ingluviem et
crapulam, quibus adultiores , fratres, sorores, ancil-
læ , viragini cum procis suis et vice versa , qui
quæve tenuiores ætate observent, sui causa et cum
propria magis oblectatione non raro interesse solent.

PARTIS POSTERIORIS

CAP. I.

DE PASTORIBVS ET OPILIONIBVS,
VITÆ PASTORITIÆ ORIGINE DIGNITATE
VTILITY ET VILITATE QVÆ-
DAM ASSESTIT.

G 2

§.I.

Posthabit is hisce, quæ in antecedentibus fusius proposito nostro tetigimus, relictis pariter historiolis et legendis, quæ de *Agnis* passim alibi ventilantur, conf. omnino *Alph. Hist. M. Sachs Lit. B. n. 33.* præprimis adhuc a nostris, magis tamen a Romanenibus eorum occasione explicantur, applicantur et instituuntur, accingimur nunc merito ad ipsos *pastores et opiliones*, vitam et munus *pastoritum*, ut postea *Iura Agnina* a nobis in mentem revocanda eo lucidius patescant.

Et sicut res rustica ab omnibus propemodum huius reiscriptoribus tam Græcis quam Latinis in *Agriculturam* et *Pecuariam* divisa, *Andr. Rutcov. c. 4. et c. 1. et 5.* quam adeo ante diluvium Adami ex duobus filiis primi statim quisque separatum excoluere, ut alter Abel *pastor ovium*, alter Cain *agricola* esset, *vid. §. 2. cap. V. Part. I. hic*; Ita ab eo inde tempore et post diluvium vitam eiusmodi pastoritiam amplexi sunt præstantissimi quique viri ac heroës, tam apud Hebreos, quam apud alias gentes: Inter illos eminent Noachus, *Genes. IX. 2.* Abrahamus, *ibid. XII. 16.* Lothus, *d.l. XIII. 5. seqq.* Isaacus, *ibid. XV. 14.* Iacobus, *ibid. XXX. 43. cum filiis suis, ibid. XLVII. 3.* Moses, *Exod. III. 1.* Iobus, *Iob. I. 3. et XLII. 12.* et David, *I. Sam. XVI. 12.* quorum omnium dvitiae et opulentia maximam partem in pecudibus consistebant, et non tantum Moses ex pastore ovium sui socii Iethro vindex et dux a Pharaone oppressi populi Dei factus, sed quoque David de grege *Ovium* in Regem Israëlis electus est, *cit. loc. inter has five*

sive alias gentes, non minus id certum puto, quando *Varro de Re Rust. Lib. II. cap. I.* scribit, quod greges et armenta pascere neminem puderē debeat, cum et priisci Romani pastores fuerint, quando iuxta *Livium L.I. c. IV.* Romulus cum fratre Remo a magistro regii pecoris (Faustulo fuisse nomen ferunt) inter pastores educatus et quod aliquando *Oves* paverit, creditur, quando denique secundum *Plinium* Senatores Romanī, utut honoratissimi, ipsi easdem paverint. Apud Græcos etiam illustrissimus quisque pastor erat, et viginisse illud studium rei pecuariæ, ita ex *Homero* aliisque antiquissimis ethnicorum scriptoribus constat, ut non Reges modo, sed ipsos etiam Deos immortales pastores fuisse tradant. *vid. Proæm. Disp. Struv. de Jure Ovium. Robrs Haushaltungs-Recht l. 6. c. 9.*

§. III.

Exinde (non enim animus nobis est, nec tempus sufficit, de *Jure ovium* vel de *pastoribus* ex professo agere) certo certius concludimus, sicut armenta et *pastores*, ita inter oves et *opiliones*, maximo in pretio fuisse *Agnos*, horumque, ceu munus ipsorum est, custodes et pastores viros plane egregios fuisse, (cum a plurimo pecore laudem haberent,) alias *Polyarnos*, Germ. *viel Lämmerer*, vel si non displicet, *Lämmermänner* &c. alias Polymelas, alias Polybutas a multitudine scil. *Agnorum*, ovium et boum sic vocatos, referente *Chaff. P. II. Mund. Conf. 37. vid. G. Chr. Leiseri Ius Georg. L. II. Cap. VIII. n. 3.* Quales *Polyarni* sive *Arnoisandri* absque ulla dubitatione olim extitere è reliquis præcipue Abrahamus et Lothus, quorum substantiam

multam non poterat capere terra, ut habitarent simul,
exorta rixa inter ipsos et pastores gregum. *cit. Genes.*
XIII. 6. seqq. XXXVI. 7. Iacobus qui stratagemate ad-
hibito, ex solis *Agnis* ditatus, statuens virgas varii colo-
ris in conspectum ovium tempore quo concipiebant.
ibid. XXX. 25. cum seqq. Iobus ante *cit. ex seq. loco*, qui
ex benedictione divina solus quatuordecim millia ovi-
um, et sex millia camelorum et mille iuga boum et mil-
le asinas numerabat, subintellexit priori in cohorte
dubio procul *Agnis*: Et David, qui iam rex, cum fili-
um Salomonem pro rege et successore publice five co-
ram populo declararet, mille arietes, totidemque vac-
cas et totidem boves immolasse dicitur à *Iosepho Libr.*
VII. Antiqq. Indaic. 25.

§. IV.

Ac quamvis eiusmodi munus *pastorum* et *opilio-*
num tractu temporis ad præsentem diem, ex causa supra
Part. I. Cap. I. §. 3. a nobis tradita ita obviluerit, ut non-
nisi tales ex infima plebe ad id *certa mercede conductos*
aut *partiarios factos*, eosque vel *publicos* vel *privatos*
hodie habeamus, usque adeo tamen non exolevit prisca
hæc dignitas et vivendi ratio, ut minus etiam hac tem-
pestate ipsi Reges, Principes et Episcopi secundum il-
lud *Homeri* antiquissimum dicterium ποιέεις λαῶν, *pa-*
stores populorum salutentur, utque minus hoc ævo in
Hispania reguli multi extent, quos *pastores* aiunt tri-
cena, quadragena millia ovium, (sub quibus etiam *Agni*
veniunt,) et magnam boum, equorum mulorumque
possidentes copiam. Pari modo Romani, qui appell-
antur hodie, nobiles, cultui agrorum et rei rusticæ va-
cant, gregis atque armentorum curam gerunt, re pecu-
aria

aria opes parare, lucrum honestum ac generoso viro
dignum putant. Ideoque eis, qui poslunt agere, et si re-
centi sint familia hoc lucri genere patefit aditus ad no-
bilitatem. Nec ab illorum moribus longe ablidunt Bri-
tanni, qui genere claros in civitatibus morari ignomi-
niæ loco existimant; rura sylvis & pascuis seclusa in-
habitant, ubi opus vilaticum curantes vendunt lanam
et armentorum foetus, neque turpe credunt admisceri
quæstui rusticano. *Chopin. de Priv. Rust. L. 2. P. 2. c. I. et*
imprimis Leifer d.l.n. 4. Quin imo in pluribus Germaniæ
nostræ regionibus, veluti Bavaria, Silesia, Fran-
conia, Suevia, Westphalia et Saxonia, ubi arva ac pascua
vigent, idem fere cum nobilibus eas inhabitantibus co-
cidere, alios inde nobilitatis splendorem conservare,
alios inde sibi interdum conciliare eundem, res expedit-
issima est, connumeranda, quando quadrupedante
pede ovilla quoque vel *Agnina* ungula quatit campum,
inter ubertates et felicitates provinciarum, quas nec
reverendi *Concionatores Sophiani Dresdæ Archi-Theologo*
suo Augusta Noricorum ad se in Aulam Regiam et Ele-
ctoralem non admodum nuper evocato acclamantes
in *Carmine*, quod *Felicissima Sanctissimi Muneris auspicia*
inscriperant, *gratulatorio* reticere poterant, inter alia
canentes:

Saxonia, o nimium felix! tua sibona nosfes,
Quæ multa in gremium Dia Pronœa dedit.
Quam dives PECORIS NIVEL, quam lastis abundans?
Cum tellure aër favet et unda tibi. etc.

¶. V.

Etsi autem non omni die accidat, quod de præ-
claris

claris modo deprædicavimus *Polyarnis*, item rarum
 sit exemplum, ni albo corvo rarius, quod *Struv. d. l.*
 in *Prooem. ex Ioh. Coleri Oecon. Rural. et Domest. de ru-*
stico quodam sic recenset: wohl dem Wirth dem die
 Schafe wohl beystehen/ denn der leidet keine Noth/ sei-
 ne Schäflein (lana sua quippe, lacte et præsertim pul-
 lis sive *Agnis* fæcundæ pecudes) können ihm nebst
 Gott wohl forthelfen/ sie nähren/ speisen/ und erhal-
 ten ihn/ und machen ihn freylich zum großen Herren.
 Wie ich demselben einen Bauer in der Schlesiengr-
 efen/ der nicht allein ein Bürger-Guth in der Stadt
 hatte/ sondern auch ein gut Dorff dazu kaufte/ und
 schrieb nebst Gott NB. alles dem Schaff-Bich zu/ daß
 er reich worden war/ dieweil er mit demselben wohl um-
 gehen kunte &c. nihil tamen impedit, quo minus ubi co-
 pia ovium *Agnorumque* est, *Polyarnos* etiamnum hodie
 et *Pastores Agnorūm* sape reperias; appellations e-
 nem pastorum, prouti tot sunt ac esse queunt, quot fe-
 re genera animalium, quæ custodiuntur et ad pascua du-
 cuntur, item bubuleus, custos est boum *L. 18. §. 6. ff.*
de instruct. vel. instrum. legat. Stoarius, qui equas præ-
 gnantes curat, quæ Germanis *Stutten* dicuntur *LL.*
Alem. tit. 98. Agaso mulio, *L. 60. §. 1. ff. de leg. 3.* Ca-
 prarius, custos caprarum, v. *L. 10. ac. fin. ff. locat.* Suarius,
 sive porcinarius, qui sues et porcos in pascua agit: *tit. C.*
de suar. sunt pastores anserum a Paulo commemorati in
L. 66. ff. de leg. 3. suntque in Principum viridariis vel pro-
 pe haec et in sylvis celebres Phasianarii, vulgo Fasanen-
 Wärter/ Fasanen-Hüter/ tandem opilio, qui oves pa-
 sit, d. *L. 60. §. f. de Leg. 3.* add. omnino Leifer. *d. l. n.*
 6. Ovium enim et *Agnorum* nulla utilitas est, ubi pa-
 stor

57

stor deest, afferente Aristot. Lib. i. Politic. Ergo quid
obstat Polyarnos et custodes Agnorum inter Pastorum
genera apprime necessaria et peculiaria enarrari illis-
que nostrum, quod ferimus sine omni nomen imperti-
ri adeoque non inepte vocari Arnophylaces, sive Arnoi-
sandros, vernaculo: Lämmer · Männer / Lämmer · Hir-
ten? Siquidem non solummodo custodiendi sunt Agni,
sed et è septo mittendi, ut condiscant foris pasci, Columel-
la L. VII. Cap. 3. et secundum illud Ovidii Lib. I. Trist. El.
I. 77. alias

*Non procul a stabulis audet discedere, si qua
Excussa est avidi dentibus AGNA lupi.*

CAP. II.

SVBSTERNIT GENERALIA ALIQUA DE IVRE HORVM PASTORVM ET IPSORVM AGNORVM.

§. I.

NVlli dubitamus, cum legumlatores promovendæ
agriculturæ et pecuarii studii causa nullo non
tempore valde solliciti fuerunt, ceu ex amplissima
materia servitutum prædialium liquet, ut nempe
Romani iter, actum, viam, aquæ baustum, pecoris ad a-
quam appulsum, ius pascendi aliaque id genus cordi cu-
ræque habuerint, tot. tit. ff. de serv. præd. rust. iunct. Inst.
L. 2. T. 3. ut prorsus suarios sive porcinarios immuni-
tate vilium munerum donaverint, iisdemque Præto-
rem iudicem constituerint, per L. 1. et 2. C. de suar.
quin Arnophilaces et pastores ovium non minori favo-
re, ob pecudis quam Tacit. Amal. XIII. pr. in sinistro,
et Dio Cassius Lib. LIX. in bono significatu auream di-

H

xe-

xerunt) præemiente in utilitatem, mactaverint, impri-
mis ubi non *gemellifera* solum, sed et *bifera* sive bis
in anno parientes oves extiterunt, uti de Illyricanis
Aristot. in Mirabil. idemque de Magnesiis et Lybicis re-
fert Problem. Cap. X. Sect. 46. adeoque etiam maior *A-*
gnorum cura gerenda fuit.

§. II.

Applicamus etiam huc, quæcunque in Iure Rom.
vel modernis constitutionibus de *pastoribus* vel *opilio-*
nibus passim leguntur, vel quod simul sint *compastores*
Agnorum, vel interdum soli *Arnophylaces*, quod ad in-
star pascuorum taliter *in rubr. et tot. tit. C. de pasc.*
publ. et privat. publici esse queant, quos communita-
tes, vici, pagi, plerumque tamen constituant præfe-
cti ex clausula illa generali: *Und anderer Voigtheysi-*
chen Obrigkeit it. qua ius etiam pastoralitium contine-
tur i.e. conferendi bacillum vel virgam pastoralem,
den Hirten-Stab / vid Knichen, de Iure Territor. cap. 4.
n. 502. sqq. quod privati, qui ab *Agnorum* oviumque
dominis constituti vel cum ipsi proprietarii istos istas-
ve pastum ducant, etsi alicubi potestas hæc nimium re-
stricta, ut nulli privatorum liceat habere pastorem, nisi
vel id concessum, vel ius pascendi possideat, quale *de*
Iure Saxon. soli tres terræ mansi, drey Hufen Landes/
tribuere solent. *Land R. Lib. 2. art. 54. Leifer. d. L. §.*
8. cum seqq. Quid in Bavaria et terris vicinis obtine-
at, vid. in *Ordinatione Bavarica Lib. 3. tit. 14. art. 4.* quod
deinde pariter vel *mercede*, pro præstanta opera, pa-
stionis et custodiæ, conducantur, vel rustici iusta serie
pecora ipsi pascant, *um die Zechhütten/ vel pastores pla-*
ne in societatem cum dominis recipiantur, ums sech-

ste

ste/ siebende/ achte Schaf/ um so und so viel Lämmer/ auf
 Seegen und Verlust/ aut exemplo Iacobi eiusmodi
 contractum cum Labano socero suo celebrantis pro va-
 ricoloribus capris, ovibus, *Agnis*, hircis et arietibus,
Genes. XXX. 31. 32. ac seqq. quibus in casibus vulgaria
 loc. cond. et societ. iura et præprimis dispositiones
 pastorales, *Hut- und Hirten-Ordnungen* it. observari
 in confessio est, *Leifer d.l. §. 10.* et multis seqq. idque tam
 in favorabilibus quam in odiosis, præsertim quando
 opiliones, quarum valde suspecti sunt, astutias et frau-
 des, vulgo Koffeley it. Partitery vocatas adhibeant, v,
 g. defraudantes dominum *Agnis*, dum loco suarum
 demortuarum vel etiam parum utilium, dominorum
 oviculas sumunt et sibi habent, dum perdunt oves
 vel *Agnos*, dum negligunt aut curam et custodiam
 pecoris, cui præfecti, postponunt. Sic enim no-
 tissima iuris remedia pro re nata obtinent, actio ex
 furto, rei vindicatio, condictio, actio L. Aquil. a-
 ctio de dolo, actio in factum et quæ porro, partim ut
 ipsis auxilio dignis subveniat, partim ut sceleratorum
 malitia coercentur, partim ut eorum negligentia et fa-
 miliaris oscitania disspellatur, vid. *Leifer. d.l. §. 25. 26.*
 et seqq.

§. III.

Huc similiter trahimus quæcunque in Iure, Statu-
 tis aut Consuetudinibus de custodia, pastione et tonsura
 ovium obtinent; ovis enim vocabulum tam late pa-
 tet, ut per Synecdochen sæpenumero *Agnos* et *Agnas*
 quoque comprehendat; vidimus hoc iam supra *Part.*
I. c. II. §. 5. cap. IV. §. 5. ac §. 8. Haberi etiam *Agnii* o-
 vium loco solent, cum ad tonsuram venerint *L. 60. in*

60

pr. ff. de leg. 3. L. 65. §. 4. ff. eod. et sicut ovis modo
arem, modo foeminam significat, ita eodem nomine
ipsi *Agni* intelliguntur, qui eorum foetus sunt. §. 37. Inst.
de R. D.

§. IV.

Verum, cum nulla regula sine exceptione sit, in
multis pariter nostra diversam admittit interpretationem. Sic bini *Agni* pro una ove saltem computantur,
quemadmodum oves, quibus vetustate dentes absunt,
binæ pro singulis Leifer d.l. cap. XIV. n. 5. Sic pecorum
vel ovium usū legato neque lacte, neque *Agnis*, neque
lana utetur usuarius §. 4. Inst. de usū et hab. qui igitur
pecoribus his, quia lac, lana et *Agnis* ad fructus pertinentes,
usuario haud competentes, ad stercorandum dun-
taxat agrum suum, zur Pfürch und Hordenschlag/uti
potest, præterquam quod ipsi ex benigna legis, voluntates defunctorum non tam stricte explicantis, dispo-
sitione modicus simul lactis usūs concedatur. L. 12. §. 2.
ff. eod. ac omnino DN. HENR. HILDEBRAND, Avunculus noster ad urnas devenerandus, in Introd. in Iur.
principia sec Ord. Inst. L. II. T.V. C. IV. §. 24. p. m. 271.
Robrs Haushaltungs-Recht l. 6. c. 8. p. 920. seqq. Iti-
dem ovibus legatis *Agni* ariet-esque non continentur, o-
vium vero grege legato, qui multitudinem pecorum in
unum collectarum denotat. L. 70. §. 3. ff. de usūfr. et ad
quem in ovibus minimum decem requirunt L. ult. de
abig. utrumque continetur. Paul. Lsb. 3. Sent. tit. 6. §. 74.
Leifer d.l. n. 10. & seqq. Ita præterea inter oves, quæ
pascentur, non computantur *Agni*, nisi in secundo de-
mum anno Brunnem. ad L. 17. ff. de servit. ruf. add. Ord.
Provincial. Bavar. L. 3. Tit. 14. Art. 4. Rubr. Wieviel ein
jeder

jeder Bauermann ic. in verbis: Und sollen die jungen
 Lämmer/ so von solchen Schafen herkommen/ allemahl
 über das andere Jahr in die bestimmte Anzahl gerech-
 net und für Schafe gezehlet werden. *Casp. Manz. Decis.*
Palat. 27. n. 10. qui et Neoburgi ad Danubium ita iudi-
 catum memorat, quod apud vicinos populos ea con-
 suetudo vigeret; cui adstipulatur textus expressus in
L. 60. ff. de leg. 3. Agnos scil. censeri, qui minores annicul-
 lis sint. In quibusdam locis ovium numero esse vi-
 dentur, cum ad tonsuram venerint, cui tamen plerum-
 que non subiiciuntur, quamdui denticulati tantum ex-
 istunt, nec prius primi illi duo genuini ac eminuli den-
 tes nativuerint, quod anno secundo contingere refert
Fritsch. de Iur. Compascuand. Th. 14. conf. omnino Leifer
d.l. n. 52. Insuper *Agni* tales, quamvis anniculis maiores,
 optimam ac plurimam lanam non producant æque ac
 de ovibus, quod eam ab anno quarto ad octavum us-
 que edant, prædicatur a *Columella de Re Rust.* Lib. 12. p.
 421. siquidem eo tempore ad *anum* suam pervenisse cre-
 duntur, maxime etiam vigere et feracissimæ lanarum
 deprehenduntur, è contrario post annum octavum
 sensim deficere incipiunt; Denn was von Schafen üb-
 ber 8. Jahr ist/ nimmt schon an Wachsthum abe/ und
 wächst auch die Wolle sparsam aus solchem Vieh/ qua-
 de re pluribus consuli potest *Coler land. Oeconom. L. 12.*
it. Job. Wilb. Wundsch. Memorial. Oecon. Polit: Pract. p. 1.
Requis. 15. Vnde Reges Angliae, qui primas divitias su-
 as immensas et populi felicitatem commercio præser-
 tim laneo debent, (cuius in rei memoriam utilissimam
 adhuc Proceres Parlamenti Superioris non inepte fac-
 cis laneis, rubro panno testis, insident,) in Statutis et

Ordinationibus de lanificio typis publicis exscriptis, postmodum vernaculo idiomate nostro nobiscum communicatis ac a *Ioh. Marquardo Tractatui de Iure Mercat. & Commerc.* singulari subiectis cumprimis salubriter cavere haud designati sunt, ne panni a textoribus ex alia, quam optimi generis lana conficiantur, nulla admixta lana *Agnis* detonsa, nullo adhibito tomento, ut patet ex *Art. 57. Ordin. Anglic.* quem tamen *Art. cum superius P. I. c. II. §. 7.* allatis conciliandum peritis in arte merito commendamus. Cæterum partum ovium uti usumfr. legatum sic augere absque isto legato hereditatem et in hanc actionem venire testatur cum *Sebast. Nev. ad L. 29. ff. de hered. petit.* etiam *Iac. Cuiac. ad L. 26. ff. eod. sed de Iure Saxon.* id. absolute asservendum non est; namque *Agnæ* ad Geradam, *Agni* vero solum ad hereditatem spectant, secundum *Matth. Wessenbec. Conf. 349. n. 5. seqq.* dum ait: Daraus zu schliessen/ wie es auch also gehalten und in Schöppenstühlen gesprochen wird/ daß die *Lämmer* / so weiblich seyn/ mit andern Schafen der Gerade folgen/ die männliche aber mit den Schöpsen zum Erbe gehören/ und gleichwie diesfalls unter den Schöpsen die männlichen *Lämmer* gerechnet werden/ ungeachtet daß darvon ausdrücklich in Sachsischen Rechten nicht versehen/ also müssen auch è contrario die weiblichen *Lämmer* zu den Schafen gehören und geschlagen werden/ wie denn auch also täglich erkannt und gesprochen wird/ conf. *Struv. dict. Dipp. Sect. I. cap. III. Th. 23. circa fin. Robrs Haushaltungs-Recht l. 6. c. 8.*

CAP. III.

SVGGERIT SPECIALIA IVRA CIRCA
AGNOS VELVTI DECIMARVM GABELLÆ
EMPHYTEVTICÆ ET SOCIDÆ.

Intra Decimas Clericis vel Ecclesiæ in sustentationem, ut et Laicis hodie exsolvendas post prædialem (personalis enim in desuetudinem Germaniæ abiit, vid. Werndle in Tr. vom Zehend-Recht Lib. I. cap. 2.) alteram constituit speciem illa, quæ dicitur *Animalis*, vulgo der Blut-Zehend/ et a nonnullis ad *decimas mixtas*, welche von dem Vieh/ als von Rindern/ Kälbern/ Schafen/ Geissen/ Lämmern/ Gänsen und allen andern/ so unter des Hirten Nuthe gehet/ von der Woll/ von Immen und ihrer Frucht/ als Wachs und Honig gereicht werden/ vid. I. G. Schottelii Tr. de singular. quibusd. et antiqu. in Germ. Iurib. et Observatis cap. VIII. n. 10. nec non n. 15. et Vir Magnificus Io. WILH. GOEBEL in Tr. synoptico de iure et iudicio rusticorum fori Germanici c. 3. th. 12. cum not. De modo decimandi apud veteres Saxones ex Art. 84. Lib. 2. **Land-R.** ibi: man giebt auch an manchen Enden etwas bescheidenes zu Zehenden vor die Hufen eine Gans und ein Lamm von der Schaf-Heerd/ die in einem Hofe gehet ic. a nonnullis iterum ad *decimas minores*, vid. Rohrs Haushaltungs-Recht l. 6. c. 8. prout decima hortorum, der Obst- und Garten-Zehend/ computatur, quemadmodum in causa ita conclusum testatur Dominic. Bassus, Codicis quondam Ingolstadii Professor, in Semicent. Controvers. Controvers. 35. per tot. Decima autem huius *animalis*, uti ex antecedentibus liquet, speciem subalternam eamque peculiarem suppeditat, quæ ab *Agnis* nomen facta est, et communiter exprimitur der Lämmer-Zehenden/ apud Dietherr. in Continuatione Thesaur. Pract. Besold. hac voce: It. der klein- und Lämmer-Zehenden/ der Hauf- und Läm-

MCC

mer-Zehenden/ apud Chr. L. Leuchtium (vel solo ipsius Anagrammate Thucelium notiss.) in Conf. Altdorf. Anno 1702. divulgat: Respons. CXXXI. Tom. I. et in Appendix ad Tr. Werndlin. vom Zehend-Recht (ubi nec sub Lælio idem latere potuit) conf. XXVI. p. m. 466. et 502. iunct. Conf. XXXI. p. 630. ibid.

§. II.

Decima hæc tam *frugalis* et *fructuaria*, quam *animalis* cumque ea *Agnina* non semper fuit et est pro sua nomenclatura *decima pars*, sed modo minor modo maior existit numero. Sicuti enim olim in Vet. Fœdere hæc, quæ primo dabatur de armentis et grege in ipsorum alimoniam Levitis Num. XVIII. 20. dicebatur, *decima prima*, ex qua *decimam iterum partem* Levitæ concedebant Sacerdotibus filiis Aaron, quæ dicebatur *decima ex decima*, deinde quilibet Israelitarum ex residuo sibi ipsi separabat *decimum*, quam comedet, cum ascenderet Hierosolymam ad templum et invitaret Levitas ad convivia ac sacerdotes in vestibulo templi, Deut. XIV. qualis *decima secunda* appellabatur, insimul tertio quoque ab anno remissionis præter *primam* loco *secundæ* vel *secunda omissa*, *decima* dabatur pauperibus Levitis, peregrinis, viduis et pupillis, ideo *decima tercia* et *decima pauperis dicta*, atque annus ipse tertius, *annus decima*, ibid. XXVI. 12. anno et iam remissionis primo et secundo separabant *decimam primam et secundam*, sed tertio anno *primam et tertiam*, *omissa secunda*, Schottel. d. l. n. II. Omnesque hæc *decimæ* in natura, ceu aiunt, porrigebantur, ita nec hodie partem ubique *decimam* constituunt, multo minus ipsa *decima animalis Agnina*, quæ plerumque corpora viva interdum quoque pretium pro ipsis supponit. Priori enim casu

65

casu, ubi naturaliter exsolvi solet, accipitur quidem
percurreido gregem *Agninum*, in Durch-Lauf / sive
Agnus sit sive *Agniculus*, attamen ab hac capture de-
cimali immunes relinquuntur. *Agni servorum*, der Kuech-
te und Jungens / inde pariter quibusdam in locis ex-
emtos volunt *Agnos primogenitos*, sive quod decimum
numerum haud promoveat, wann ein Zeitel-Schaf das
erste mahl gelauinet ut. et quando ovis gemellos vel
tres forte una vice peperit *Agnos*, quod pro uno dun-
taxat computentur. vid. Blum. **vom Zehend-Recht**
cap. 17. §. 3. et 7. Reperiri enim oves *gemelliparas* Germ.
Bauppel. Bauppel-Schafe / Salomo Cantic. IV. 2. de Iu-
daea testatur, prout Aristot. in Mirab. de Illyricis ovi-
bus, et de Indicis Aelian. Lib. IV. cap. 32. quashinc Græ-
ci διδυμα περιθατα, prisci Romani *Ambeginas* vocabant
atque *Trigeminiparas*, quas eodem nomine Germani
complectuntur, experientia, quamvis haud quotidiana,
comprobat: Altero casu, quo *Canon Agninus* sal-
tem penditur, pretium, quod peculiari ex more aut
conventione in locum rei succedit, saepe eandem non
æquat, dum pro *Agno* v. g. 16. vel 21. denarii persolvun-
tur, laudat. Leucht in Append. ad Werndl. d. p. 466. et 502.
quem adeo praestandi modum non male dixeris, hunc
den *Toden Lämmer-Zehenden oder Lämmer-Zehenden*
in Geld illum vero den lebendigen *Lämmer-Zehenden*.
Cæteroquin, cum *Agui vivi* debentur, eos non statim
domino decimali, postquam nati et madidi adhuc sunt,
offerri, sed tamdiu lacte materno alendos donec abla-
ctari et hisce quis frui queat, tumque demum exhiben-
dos esse ex arg. L. servus 68. ff. de solut. adstruit ex-
cellentiss. Syring. vero nomine *Schwester. Consil. Intim. O-*
wold. in Tr. vom Zehend-Recht cap. 6. §. 19. ubi ex Re-
buff.

buff. quest. 6. n. 36. seq. Werndl. L. 2. c. 3. et ibi Læl. in not.
 nec non Blum. c. 6. §. 5. scite modo dictis addit: Dahero
 werden Schwein/ Kälber und Lämmer gegeben/wann
 sie abgesogen/ die Gänse aber / wann sie gefiedert / wo
 nicht ein anders zwischen dem Zehend-Herrn und Ze-
 hend-Mann abgeredet worden/ und hicmit stimmt auch
 das Bayerische Recht Tit. 28. Art. 16. überein/ mit die-
 sen Worten: Dass/ wo der Blut-Zehend gebräuchlich/
 man denselben geben solle / wann die Thiere allbereit
 zeitig seynd. An vien Orthen wird dergleichen Vieh/
 als Fohlen/ bisch Michaelis/ Kälber und Lämmer aber/
 bisch nach Ostern/ bey der Mutter gelassen. Imo mate-
 ria eiusmodi *decimæ animalis Agninae*, nisi præter con-
 ventiones dantium et accipientium, consuetudine lo-
 ci, Statutis aut alia ratione circumscribatur et limite-
 tur, quorsum ipse provocat *Marcian.* in materie *Agno-*
rurum, quamdiu scil. hoc numero habendi sint, vid. L. 65.
ff. de Leg. 3. intricata exsurgit et sumptuosis iurgiis an-
 fiam non raro præbet, quales controversias videbis a-
 pud *Dietherr.* et *Leuchtium*, egregium utique patriæ
 nostræ Ictorum par, dd. antea ll.

§. III.

Decimæ præfatæ certo pretio sive canone redimi-
 solitæ, dem Todten-Lämmer-Zehenden/ non inconveni-
 ens est *Gabella*, ut ita enunciemus, *Emphyteutica*, quæ
 communiter audit *venter Agninus*, vernacula *der Lamms-*
Bauch/ et species est *census Emphyteutici* domino
Emphyteuticario, dem Lehen- und Erb-Zins-Herrn/
 quotannis sive de prædio rustico, agris et pratis sive
 de prædio urbano, sicut ædibus, a proprietario et em-
 phyteuta persolvendi, denotans *Agnum mactabilem*
 revera iam *mactatum*, ein ausgeschlachtet Lamm/ und
 wird

wird gemeinlich um 12. Gr. bezahlt; sed res iterum ex conventionibus, moribus et locorum dispositionibus regulam sibi atque certitudinem pretii adsciscit, Conf. Dietherr. d. l. voc. **Lamms-Bauch.** Ita in Thuringia, iuxta emidem de agro vel prato tantundem grossorum expenditur, in aliis locis de domo unica, von einem **Haus/ dimidia ventris Agnini pars, ein halber Lamms-Bauch/** exigi eaque 3. crucigeris cum dimidio praestari, alibi vero aliter, solet; In urbe enim laudatissima Noribergensi, ceu ex literis quibusdam emphyteuticis antiquis ac probatis, aus dem Erb-Zins-Brief mihi conspicere licuit, interdum *integer venter* postulatur, siquidem taberna hoc onere onusta inter reliquas praestationes reales, eundem 43. denariis in praesentem usque diem redimit, giebt für einen **Lamms-Bauch zwenz und vierzig Pfennig/ unabköstiges Aggen-Zinses/ halb Walpurgis und halb Michaelis versalend ic.** cuius rei, ut non meminerit, de magno viro, in iure et more patrio præ multis versatissimo, *Dietherro* equidem miror!

§. IV.

Supereft frequentissima cum apud Saxones tum et alios hæc locationis species, cum certus alicui datur ovinum numerus hoc paæto, ut si quæ istarum pereant, conductor vel alias in illarum locum substituat, vel æstimationem illarum præstet, Struv. S. I. C. Exerc. 24. Th. 14. eaque appellatur ab Italîs conventio *Socidæ*, vel *Soccidæ* ut et *Soccidæ*, et oves istæ *ferree*, eiserne Schafe/ quasi immortales, eo quod locatoribus nunquam moriantur, Dan. Moller. P. 3. Conf. Eccles. 33. n. 10. ibique Carpz. Conf. 37. def. 19. quam conventionis speciem vel ideo materiae *Agnina præsenti adiungimus, primo, quoniam, si æstima-*

tio demortuarum haud præstetur, in earundem locum, ut hoc modo domino sive locatori semper salvæ existant nullumque ille damnum neque ullum periculum sentiat, sed solus conductor iure conventionis illud sustinere teneatur, aliae substitui debent, *Chr. Ph. Richter. Tr. de Iure et Priv. Cred. cap. 2. m. 1. n. 23. cum seqq. Add. Besold. Thes. Pract. Lit. E. et omnino Struv. disp. de I.O. Sec. II. cap. II. Tb. 7. cum suo affecta Leiser. d.l. cap. XIV. n. 16. seq.* hoc autem aliter fieri nequit, nisi novi fœtus vel *Agnii* in vicem decedentium surrogentur atque ita grex aut numerus ovium certus aliquando restituendus perpetuetur. *L. 21. et 22. ff. de leg. 1. Secundo*, quia, licet merces inter locatorem et conductorem haud intercedat, ab hoc tamen isti sæpius pro ea certus *Agnorum* numerus e grege ferreo conferri solet; quam materiem cum præter *Excellentiss. Schweiſer. in Theatr. Servitut. Tit. X. §. 49. Beat. Hom-borg. huius Athenæi Prof. famigeratiss. et Tilemann. in pecul. disp. de Sociæ Contractu, item Beat. Eisen. in disp. im-ang. Altdorff. de rebus ac personis ferreis et Tabor. de eod. argumento*, penitus exhausissent, eorū B. L. allegamus.

Restarent denique innumera alia nobis affinia, sicuti amplissima ventilatio a Tunicis, ac præsertim a Pallio petita, quod posterius insigne honoris atque dignitatis sive plenitudinis officii pastoralis regulariter Pontifex Rom. Archi- Episcopis aut Metropolitanis et plerisque Germanæ Episcopis conferre solet e lino et Lana contextum, desumpta a duobus Agnis candidis, qui die Agnetis super altare ponuntur, postea traduntur Basiliæ D. Petri Sub-Diaconis in pascua mittendi, suoque tempore tondendi etc. et non amplius secundum dispositionem Can. Novit. dist. 100. gratis conceditur, sed hodie ingenti pretio redimitur, ascendenti 25000. thalerorum, imo cum taxis extraordinariis

riis ad 20000. thaler. adeo, ut Germani potissimum de hoc graviter questi sint, et in exemplum adduxerint stupendum e fede Moguntina intra vitam unius hominis pro redimendo Pallio (quod in occidente cum Episcopo vel latore suo terra mandatur,) septies viginti quinque millia thalerorum Romam fuissemittenda, Conf. Rhet. Inst. I. Publ. L. I. T. 16. §. 15. Strauch. Diff. Exot. I. P. S. Th. 12. Sleidan. de statu Relig. L. 4. et 13. Spelmann. in Glossar. Archæolog. Schweder. Introd. in I. P. Part. Spec. Sett. II. Cap. III. §. 3. ibique cit. Bezman. Limn. et Höppink. in primis Hofmann. in d. Cont. Lex. Univers. voc. Pallium, ubi prolixissimus est; Forent quoque memorata dignæ quaestiones de pascuis Agnorum, de pastorum et opilionum lupos affectantium defraudandi studio, num horum filii in collegia opificum recipiendi, ut et illi, qui filias ipsorum in matrimonium ducunt, an excoriatoribus sint æquandi, et anne factum Iacobi artificio oves et Agnos adquirētis sit improbandum? Sed ne filium Ariadnæum in Labyrintho fere inextricabili prorsus deseramus, neglectis istiusmodi et multo pluribus discussionibus, de quibus Struv. in sepe cit. disp. de Iure Ovium, Rher. in singulari disp. de Opiltonum Aſſutis corumque pena, Petrus Müllerus de iure Ovium, B. Consiliarius Engelbrecht de iure pafcendi, et maxime Leifer d. I. cap. VI. n. 24. 25. 26. 37. 38. et 40. adiri possunt, nos ad ultimam cum eod. laud. Leifero ibid. §. 36. in honorem Polyarni Patriarchæ, cui prænomen alterum debemus (de altero five Iohanne Agnifero suprà disseruimus P. I. cap. V. §. 8.) mediante quoque negativa sententia deflectimus, meditatione hac coronidem opellæ huic imposituri. Nec incongrue negativa placet; ex toto namque contextu Genes. XXX. apparet astutiam Iacobæam vel potius egregium artificium, quo quave ex naturæ penetralibus (neque adeo arte magica aut alia supernaturali methodo) efficerat, ut ex unicoloribus ovibus diversi coloris Agni in sui ex pacto nocturnum comodum nascerentur, non virtio verti, sed magis ex inspiratione divina id egisse, quod Deus iustissimus vindictæ tarditatem gravitate quasi compensans hac ratione veller rebus Iacobi consulere, et Labani iniquitatem castigare, eodem modo. quo iussit spoliare Ægyptum, et hoc ipso Hebræis dedit bona

bona Ægyptiorum; Insuper Iacobus gener a Labano socero homine avarissimo debita mercede defraudatus est, mercedem decies ei commutaverat, et dotem ad ferenda onera matrimonii necessariam non annumeraverat, nec laboris sui et suorum pretium alia via ille ab eo extorquere poterat, quemadmodum nec hodie famuli et ministri, dominis sive Labanis (et in pastores et in collaboratores domesticos, et quod ethnicis inauditus, in pastores custodesque iuuentutis interdum maiori pecorum cura, cum fastidio educandæ erudiendæque valde redivivis) sufficienter, attamen frustra propter mercedem requisitis, istis militiose bonam fidem solutionis recusantibus, aliquid subtrahentes, ut trium vel si malueris quinque literarum homines puniri solent. Carpz. Prax. Crim. Qu. 82. n. 60. et Rhet. d. Diss. Th. 71. Sane Franz. supra ex eo alleg. cap. XXII. prope fin. naturalem quidem causam huic strategemati, sed non ubique locorum valentem suppeditat, istis in locis, inquiens, ubi Iacobus degebat, toto manu usque ad meridiem latuisse in agris desertis et in aquosis circumagebantur oves, circaque meridiem ad pitem compellebantur et ad aquabantur. Per aquam igitur limpidissimam recreatis, vegetatis ad venereum cupidioribus redditis ovibus ex aspectu virgarum varicolorum imaginatio fuit fortior, qua in aliis passim vis contingere possent: Atvero hac de re maturius iudicium sit penes Aristoteles, Columellas, Varones, Galenos, Hippocrates, Cartesios, Huetios, Newtones, Leibnizios, Heisteros?

Hæc ergo, præsenti quidem vice festinata, rudit indigestaque moles formosorem aliquando vultum exoptans pro insti-tuti et speciminis ratione sufficiat, Deo autem immortali cum Agno immaculato ac sacerdoto Pneumate, Triuni, Bono Creatori, Bono Conservatori, Bono Pastori, Bono Duci, Bono Statori, Bono Doctori, Bono Macenati, breviter qui τὸ ω̄ν ἡ τὸ ἀριστερὸν δύος, esto Laus, Honor et Gloria in sempiterna secula, utilitas, si qua est, actionum nostrarum qualiumcunque alma Patriæ proximoque nostro, solus per omnem omnino vitam nobis scopus primarius et ultimus.

F I N I S.

Accipe quos fautrix tribuit Tibi Pallas honores,
Accipe militiae præmia digna Tua.
Has Tua jam dudum meruit solertia palmas,
Et labor & studiis mens operata bonis
Julia præclaro plaudens adfurgit alumno,
Et capiti donata laurea sertा Tuo
Vos autem semper vernantes crescere palmæ.
Crescite et Egregium cingite rite Virum,
Vsque stat æterno Laurus generosa vigore,
LÆMMERMANN, Tuum floreat usque decus.

Hic doctissimo LÆMMERMANNO Auditori suo perindustria ad summos in iure honoros aspiranti diligentie et virtutum præmia gratulatur

IOH. WILHELM GOEBEL,
Acad. Regio-Ducalis Iuliac h. t. Prorektor.

Te nunc inequitur, *Cognate*, Corona laborum
De studiis, quibus heic Basia prima dabas,
Gratulor, *Agnorum* studeas defendere *Iura*,
Quæ bene convenient, *Agni virumque* decent.
*Charissimo ex forore nepotis meo istam magis animo menteq;
quam per paucis bisce lmeolis applaudere depop.*

HENRIGVS HILDEBRAND, D.
Sereniss. *DVCIS PALAT. SOLISBAC.* et Per-Illustris *REIPL. NORIB.*
Consiliar. nec non in Univers. *Altorfin*, Antecessor
Primar. et Sen. Prof.

Du Lämmermann uns lehrt der Lämmer-Recht und Gaben/
Auch was die Lämmer Gnts von inn und augen haben/
Erkläret Er gar schön den ganzen Lämmerstamm.
Es wolle Gott davor viel Lämmer Ihm verehren/
Und bald nach seinem Wunsch ein Weibgen auch beschreien
Ein Weibgen das so gut und nüchtlig als ein Lamm.
Dieses schriebe seinem Hochwerther Herrn
Vetter zu schuldigsten Ehren
Laurenz Heißer / D.
Anatom. et Chirurg. Prof.

JOHANNES IACOBVS LAEMMERMANVS

Per Anagramma

Mel, Ius, Manna meo : Hoc an? sub nares: i!

Exegeſis Metrica:

IO! Mel, Ius et Manna | meo | de Nomine surgunt:
Tuo |

Hoc an? Sub nares, i modo, quippe probat.

730

Zonig/ Recht und Anna sind
Meinem Nahmen anvertrauet:
Deinem
Es ist so und wird geschwind
Jedem knad/ der ihn anschauet.

*Præsagium hoc Onomasticum
iam Anno MDCCXV. in studiorum incitamentum ferventi
vena privatim elaboratum dilectissimoque Fratri com-
municatum felicissimo tandem impletum calidori et
fraterno affectu publice repeto, ac simul de vita Acad-
emica bene gesta et supremis in premium Virtutis adi-
piscendis Honoribus Iuridicis latus eidem congratulor*

CHRISTOPH. AVGUSTVS LAEMMERMANN,
Iur. D. et Advoc. Ordinat. Noriberg.

Exere doctrinae, virtutis et exere dotes,
LAEMMER MANNE: novus iam Tibi surgit honor!
Iura agnorum memoras, docteque tueris;
Iura dehinc patiae, iura virumque canes.
Sic Afraca Tibi laurum largitur et olstrum;
Ac Fortuna favens præmia plura dabit.
Iulia sic plaudunt, plaudunt Tibi Norica Tempe,
Et studium laudant ingeniumque Tuum.

*Honoribus
Prænobilitissimi Dn. Candidati, Auditoris quondam ssi
per quinquennium indefessi, inter occupationes sic
applaudens deproparavit*

IOHANNES CONRADVS HAGENDORF/
Schola Laurentianæ, quæ Norib. est Rector.

VI ill agnus agit, neque suco aut fraudibus ullis;
Ex æquo atque bono est omne quod usque fuit.
Ergo fas fuerit, quin huius iura tueris,
Ne noceant, quæ ipsi visque dolusque parant:
Lammermann Virum hic te dum præstare laboras
Iura agni ostendens, nomen et omen habes.
Macte aulis doctis, ac præmia digna capessé,
Ex æquo atque bono quæ parat alma Themis.

*Ostastylon hoc suo pridem Condicipulo ac Amico si-
gulari linque erigere et agmen congratulantium
simul claudere voluit Sympatriota*

I. L. H.



ULB Halle
003 140 865

3



TA-FL





SPECIMEN SOLLENE
ID QVE
POLYHISTORICO-NOMICO-CVRIOSVM
DE EO QVOD MEMORABILE
AC IVSTVM EST CIRCA
AGNOS 17242^a

VVLGO
Don Lämmer = Recht
QVOD
COELESTIS AGNI SVFFVLTVS CLEMENTIA ET AVXILIO
IVXTA QVOQUE
EX PERMISSV ET AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM IN ACADEMIA IVLIA ORDINIS
PRAESIDE
IO. WILH. ENGELBRECHT D.
ANTECESSORE PRIMARIO CODIC. PROFESSORE PVBL. ORD.
INQVE COLLEGIO IVRID. SENIORE ET h.t. DECANO
PROMOTORE SVO NVNQVAM NON SVMME COLENDO
ET QVIDEM

PRO LICENTIA IN VTROQVE IVRE
EIQVE ANNEXIS HONORIEVS INSIGNIBVS PRIVILEGIIS
ET IMMVNITATIBVS MORE MAIORVM CAPESENDIS
IN HAC PER-ILLVSTRI

REGIA ELECTORALI ET DVCALI ACADEMIA
AD DIEM XVII. OCTOBR. MDCXXIV.
IN IVLEO MAIORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
OFFERT

AVCTOR ET RESPONDENS
IOHANNES IACOBVS Lämmermann/ norimb.

HELMSTADII,
LITERIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII, ACAD. TYP.